LEMMENS — Fragmenta Franciscana vol. 3


FRAGMENTA MINORA.

Catalogus sanctorum fratrum minorum.

Quem scriptum circa 1335 edidit notisque illustravit fr. Leonardus Lemmens O. F. M.



ROMAE
Typis Sallustianis
MCMIII


THE UNIVERSITY OF
LIBRARIES
CHICAGO, ILL.

LECTORI

Tertio hoc fasciculo traduntur documenta quaedam minora: catalogus *incompletus* fratrum, *qui primo ordinis saeculo in diversis provinciis virtutibus et miraculis floruerunt, cui ex aliis catalogis ineditis multa fragmenta accedunt, ut catalogus iste nimium hucusque neglectus magis innotescat et memoriae securae de multis fratribus praebeantur.*

Adjecimus permultas notas ad illud intenti, ut specimen repertorii hagiographici franciscani *offeramus. Unde speramus fore ut libellus iste mole parvus majoris utilitatis multisque amicus evadat.*

Romae, die 26 Julii 1903.

FR. LEONARDUS LEMMENS
ORD. FR. MIN.

TABULA MATERIAE

INTRODUCTIO

Inter martyrologia franciscana, quae ex saeculo XVII in lucem prodierunt, pluris aestimatur illud, quod *Arturus a Monasterio* anno 1638 et 1653 Parisiis publici juris fecit; at omnes, qui illud plenius examinarunt, concedunt et dolent, quod nonnisi cum magna cautela adhiberi licet. Innumeri in ipso habentur errores chronologici; pluries una eademque persona bis memoratur vel duae personae confunduntur; nomina propria saepe tantopere corrupta sunt, ut ad sanum sensum reduci non possint. Quare jam plures editionem novam et criticam hujus martyrologii desiderarunt.

Ad quem finem examinandi erunt plures illi catalogi sanctorum fratrum, quos prima ordinis saecula reliquerunt; inter quos eminet ille, quem cum pluribus mendis et interpolatum habemus in antiqua editione *Speculi vitae B. Francisci et Sociorum ejus*, et quem novis curis et notis multis illustratum heic edidimus.

Praemisimus quaedam de auctore libelli, de ipsius fontibus et utilitate.

§ 1. — De auctore catalogi.

In omnibus codicibus, quos inspicere licuit, catalogus habetur anonymus, nec alibi vestigium securum auctoris extat; quare ea, quae ad rem dicere licet, ad pauca reducuntur.

1. Argumenta *interna* facile produnt libellum nostrum *circa 1335* esse compositum. Exordiens compilator dicit, ordinem « a CXXVIII annis citra » esse fundatum. Fr. Stephanus de Ungaria dicitur « *noviter* in Saray ab infidelibus percussus »; cujus martyrium accidit anno 1334. De miraculis fr. Aldemari de Filsinio testimonium exhibet « fr. Joannes lector Assisii anno Domini 1335 ».

Ex hoc ultimo loco pariter aliquo modo elucere videtur *locus* originis: catalogum nostrum compositum esse opinamur *in provincia S. Francisci;* cui opinioni favent etiam verba illa, quae pag. 11 de miraculis fr. Pauli adhibentur: « sicut frater noster est in se ipso expertus, qui nunc moratur Assisii »; quaeque opinio praecipue commendatur ex eo, quod auctor maxima cum sollertia et scientia sanctos enumerat, qui in singulis hujus provinciae locis floruerunt, dum de aliis provinciis agens plures mentione dignissimos neglexit; exemplo sit provincia *Marchiae,* ubi inter alios desiderantur *B. Bentivolius, B. Riccerius, B. Peregrinus, fr. Jacobus de Fallerone, fr. Jacobus de Massa, fr. Matthaeus,* « vir sanctissimus, minister Marchiae, » [1] aliique.

2. Argumenta *externa* vero ad auctorem cognoscendum nullo loco invenire potuimus. *Sbaralea* auctorem nostri libelli habet fr. *Fabianum Hungarum* innixus eo, quod « in catalogo per provincias et loca distributo fusius auctor agit de iis provinciae Hungariae »; [2] at illa, quae citavit Sbaralea, inveniuntur in sola editione illa catalogi interpolata, quam exhibet *Spe-*

[1] Cf. *Chron.* XXIV *gen.,* pg. 283.

[2] SBARALEA, *Supplementum et Castigatio ad Scriptores trium Ordinum S. Francisci* (Romae 1806), pg. 233; quo loco agens de *Speculo vitae* inter alia addit: « Autoris nomen habetur ex pag. 127, ubi legitur: *Dominus benedicat me fratrem Fabianum,...* tempus vero ex pg. 99, ubi auctor enarrat, se anno 1313 ad sacrum Alvernae montem contulisse »; in quo ratiocinio Sbaralea omnino neglexit, Speculum illud compilationem diversarum rerum praebere.

culum vitae B. Francisci et Sociorum ejus, desunt vero in omnibus codicibus, qui hucusque noti existunt.

Waddingus pluribus locis catalogum sanctorum fratrum minorum adhibuit, « quem scripsit *Jacobus de Marchia* » vel « *fr. Jacobus Gavarrini de Montefalcone* »;[1] at ea, quae ex illo catalogo excerpsit, haud omnia in nostro inveniuntur, unde differentia inter utrumque relucet.

Quae cum ita sint, finem facimus dicentes nihil aliud hucusque innotescere praeter hoc, quod catalogus noster conscriptus est circa 1335 in provincia S. Francisci.

§ 2. — De fontibus et utilitate catalogi.

1. Singulorum fratrum nominibus auctor noster nonnulla addidit elogia, quae communiter tam concisa sunt, ut vix eorum *originem* indagare liceat. Aliquando ipsa apud auctores priores habemus; laudes ex. gr., quas de S. P. *Francisco* composuit, magna ex parte in ipsius officio liturgico reperies; verba quaedam de fr. *Silvestro* inserta ex legenda secunda fratris Thomae de Celano vel ex legenda majore S. Bonaventurae deprompta esse videntur[2]; fr. *Rainaldus* « vir mirae perfectionis et vitae » in catalogo et in *Dialogo de vitis S. fratrum minorum* vocatur; verba de S. *Bonaventura* allata magna ex parte ad verbum jam dixerat *Catalogus Gonsalvinus*.[3] Quae dicuntur de B. *Aegidio,*

[1] Ad 1299, Suppl. n. II, legitur: « *Joannem* etiam in Apuliae provincia virtutibus et miraculis clarum occubuisse hoc anno scripsit Jacobus de Marchia in suo Catalogo »; qui Joannes in nostro catalogo deest. Ad 1305 n. IV: « In eadem provincia [Apuliae] locis tamen incertis requiescere scribit fr. Jacobus de Marchia in Catalogo Sanctorum Minorum *Gerardum* provinciae Januensis magnis prodigiis clarum, *Laurentium,* cui Christus crucifixus palam fuit affatus... »; in cod. Is. (de quo postea) duo illi fratres nominantur, desunt vero in aliis codicibus; cf. ad 1306 n. XXIII.

[2] Vidit « crucem auream ex ore Francisci procedentem »; cf. II CEL. 3. 52; S. BONAV. III. 5.

[3] Cf. *Anal. Franc.* t. III, pg. 699.

B. *Rogerio*, de fr. *Joanne de Laudibus*, de fr. *Soldanerio* et *Nicolao Bononiensi*, de B. *Stephano* martyre, eadem leguntur apud fratrem *Bernardum de Bessa* in libro *De Laudibus beati Francisci*, quare oritur quaestio, num compilator catalogi hoc libro usus sit.

Cui obstat, quod plures a Bernardo laudati fratres in catalogo desiderantur; desunt in ipso fr. *Hugo*, fr. *Christophorus Caturcensis*, B. *Raymundus* martyr, quos compilator catalogi vix neglexisset, si in suis fontibus eorum memoriae extitissent. Omnes dicti fratres ex patria Bernardi, ex Gallia meridionali, ortum habuerunt; quod si bene perpendimus, jam opinio arridet, Bernardum illos suo fonti addidisse, catalogi vero nostri auctorem ex illo eodemque fonte hausisse, quem Bernardus adhibuerat.

Nec improbabile est jam ante Bernardum catalogum fratrum sanctorum fuisse compilatum et illorum merita et virtutes adnotatas. Primum catalogum jure habemus *Dialogum* jam citatum; auctori nostro plures praebuit memorias et ab ipso aliquando est excerptus. [1] Notissimum deinde est decretum capituli generalis anno 1277 *Patavii* celebrati, quo « injungebatur omnibus ministris, ut litteram generalis ministri missam capitulo Paduano, quae incipit: *Venerabilibus et in Christo dilectis*, etc. cum omni diligentia executioni studeant demandare, cujus tenor est, quod inquirant de operibus beati Francisci et aliorum sanctorum fratrum quaecumque memoria digna, prout in suis provinciis contigerunt, eidem generali sub certis verbis et testimoniis rescribenda ». [2]

Decretum illud fr. Hieronymi de Asculo observatum esse praesumere licet; certo pluries auctor *Chronicorum XXIV ge-*

[1] Cf. ea, quae catalogus pg. 12 de fr. *Leonardo de Fulgineo* et pg. 13 de fr. *Gulielmo de Cordella* dicit.

[2] Cf. Ehrle, *Die ältesten Redactionen der Generalconstitutionen des Franziskanerordens* (in *Archiv für Litteratur-und Kirchengeschichte des Mittelalters, t.* vi) pg. 47.

neralium ad memorias recurrit, quas in pluribus provinciis scripserunt et retulerunt fratres; nec desunt in diversis codicibus manuscriptis narrationes, quae ad rem aliquo modo facere videntur. [1]

Quo loco etiam juvat inspicere notissimum *Provinciale ordinis fratrum minorum*, quod in cod. Vat. 1960 *Historiae satyricae* fr. *Paulini Puteolani* praecedit, quodque ab eodem fratre circa 1343 compositum esse putatur. [2] Auctor singulos ordinis conventus secundum provincias enumerans pluries addidit nomina fratrum, qui in illis sanctitate et miraculis floruerunt, saepe iisdem verbis usus, quae catalogus noster habet, [3] aliquando vero alia verba adhibuit; multi fratres a catalogo nominati desunt, dum alii nominantur, quos catalogus praetermisit, [4] unde deducere licet utrumque auctorem quemdam fontem *communem* praeter alios speciales prae manibus habuisse.

2. Quibus de catalogi *fontibus* dictis nonnulla de ejus *utilitate* addere expedit. Multae notitiae, quas auctor inseruit, fusius apud alios priores leguntur ipsisque optime conveniunt; alias vero frustra apud illos requires, in quo libelli utilitas consistit. Multorum fratrum memoria ipsi soli debetur; auctores subsequentes de illis nihil aliud referre potuerunt, quam ea ipsa verba, quae catalogus offert.

Inter compilationes saeculi XIV, quae illum adhibuerunt, primo loco nominamus *Chronica XXIV generalium;* data occasione auctor totum fere catalogum diversis locis nullo temporis respectu habito inseruit, quo plures scriptores sequentes in errores chronologicos deduxit.

Notissimus deinde est catalogus, quem *Pisanus* in parte II

[1] Cf. *Anal. Franc.*, t. I pg. 413 sqq.
[2] Edidit fr. Conradus Eubel o. min. conv. (Ad Claras Aquas 1892).
[3] Nonnulla majoris momenti infra in ipso libro indicavimus.
[4] Cf. praesertim ea, quae *Provinciale* de provinciis Italiae meridionalis refert.

fructus VIII libri sui celeberrimi *De conformitate vitae B. Francisci ad vitam Domini nostri Jesu Christi* contexuit. Catalogi hujus auctoritatem magni semper habitam nostra tempora praeclare vindicant, eo quod fontes dederunt, quos Pisanus fidelissime adhibuit. Inter quos *Dialogum* locum primarium occupare jam diximus; alios conservarunt *Chronica XXIV generalium*, et hic jam alius fons accedit. Facile cuilibet patescit Pisanum formam sui elenchi et ipsam materiam ex libello nostro desumpsisse; catalogus noster fere integer in suum opus transiit.

Auctores sequentes negligimus, quum dicta catalogi ex *Chronicis XXIV generalium* vel ex Pisano deprompserint.

§ 3. — De ratione hujus editionis.

1. Catalogus noster in variis extat codicibus manuscriptis. In cod. 1/89 archivi ad S. Isidorum de Urbe habetur inter plura scripta ascetica et moralia.[1] Saepius invenitur in exemplaribus compilationis saeculi XIV, cujus prologus incipit *Fac secundum exemplar*, ex. gr. in cod. Vat. lat. 4354, in cod. theol. lat. 196 bibliothecae R. Berolinensis ac in illo codice Lignitiensi, quem fuse descripsit Sabatier.[2] Bonam lectionem praebet codex XI 148 bibliothecae ad S. Florianum,[3] quem praecipue secuti sumus additis in calce paginae illis aliorum codicum lectionibus, quae utilitati esse poterunt. Catalogus in recensitis codicibus eodem modo et ordine exhibetur; notamus praesertim in iisdem

[1] Codex 123 × 86, partim membr. partim cartac., scriptus est saec. XV et folia habet 258; catalogus extat fol. 75r - 79r.

[2] In *Opuscules de Critique Historique*, t. I. fasc. II, qui apographum codicis benigne nobis commodavit. Alios duos codices idem cl. auctor descripsit in sua editione *Speculi perfectionis*, pag. CLXXVI seqq.

[3] De quo codice plures jam disseruerunt; cf. ea, quae diximus in *Documenta Antiqua Franciscana*, t. III, pag. 12, not. 1.

singulis praeter alia deesse plures provincias Hispaniae et provinciam Angliae, quare incompletus vocari debet.

2. In nonnullis codicibus habetur alius magis minusve diversus elenchus sanctorum fratrum, quos codices etiam consulendos et adhibendos censuimus.

Primo loco nominamus cod. Canon. Miscell. 525 bibliothecae Bodl. Oxoniensis.[1] Catalogus, qui in hoc codice extat, ubique sequitur ordinem et formam libelli nostri, addit tamen multos fratres illasque provincias et vicarias, quae in illo desiderantur. Illa in notis vel in appendice addidimus.

Magis a catalogo nostro recedit ille, quem exhibet cod. 23 I 60 bibliothecae fratrum minorum conventualium Friburgensium (Helvetiae);[2] saepius eadem, aliquando alia verba adhibet; plures omittit fratres, qui in catalogo nostro nominantur, alios vero addit.

Novum omnino elenchum offert cod. lat. 3702 bibliothecae R. Monacensis.[3] Catalogus iste paulo post canonizationem S. Bernardini Senensis, quae accidit anno 1450, compositus est alio ordine et alia forma, multos fratres omisit, alias vero notitias aliosque fratres addidit, quae omnia in notis editionis nostrae adjecimus.

3. Praeterea nominibus fratrum compendiose addidimus, quae in auctorum *latinorum saeculi* XIII *et* XIV operibus *typis impressis* invenire potuimus. Primo loco indicavimus *vitam*, si quae nobis ex dictis temporibus innotuit; dein brevem mentionem

---

[1] Fuse eum descripsit cl. Little in *Opuscules de Critique Historique*, t. I, fasc. V, qui apographum elenchi nobis benigne procuravit.

[2] Sabatier hunc codicem descripsit in sua editione *Actuum B. Francisci*, pag. LVI.

[3] Cf. *Catalogum Codicum Latinorum Bibl. Reg. Monacensis*, t. I. p. II, pag. 121, ubi *historia brevis ordinis fratrum minorum* vocatur; inc. « Laudemus viros gloriosos » — des. « in vita positus ad carnem loricam portabat ». — Apographum hujus elenchi debemus confratri nostro *P. Parthenio Minges*, cui ex corde gratias heic agimus.

fecimus de aliis illorum saeculorum testimoniis, quorum in calce textum integrum adjecimus, si extant in libris, qui rarius inveniuntur. Quo modo *repertorium hagiographicum franciscanum* offerimus sperantes fore, ut gratum evadat et multis prodesse possit. Dubium nobis haud est, quin incompletum sit hoc specimen nostrum, unde libentissime omnia corrigenda et addenda undequaque amplectemur.

In margine denique indicavimus diem, quo singuli in liturgia vel martyrologio franciscano celebrantur; asteriscus appositus indicat cultum eorum ab ecclesia esse approbatum.

Restat, ut elenchum codicum et auctorum, quos adhibuimus, adjungamus.

A) Codices.

Berol. — Codex theol. lat. 196 bibl. R. Berolinensis;
Flor. — Codex XI 148 bibl. ad S. Florianum;
Frib. — Codex 23 1 60 bibl. Franciscanae Friburgensis;
Is. — Codex 1/89 archivi ad S. Isidorum de Urbe;
Lign. — Codex ecclesiae Lignitiensis ad Ss. Petrum et Paulum;
Mon. — Codex lat. 3702 bibl. R. Monacensis;
Oxon. — Codex Canon. Misc. 525 bibl. Bodlej. Oxoniensis;
Vat. — Codex lat. 4354 bibl. Vaticanae.

B) Auctores.

Acta Sanctorum, quotquot toto orbe coluntur, collegit JOANNES BOLLANDUS etc. (ed. 3).

Actus Beati Francisci et Sociorum ejus. Ed. SABATIER. Paris 1902.

ALVARUS PELAGIUS o. f. m. *De planctu Ecclesiae*, libri duo, Venetiis 1560.

ANGELUS CLARENUS o. f. m. *Historia septem tribulationum ordinis minorum*. Ed. EHRLE S. J. in *Archiv für Litteratur- und Kirchengeschichte des Mittelalters*, t. II.

ANONYMUS PERUSINUS. *Legenda S. Francisci Assis.* Ed. VAN ORTROY S. J. in *Miscellanea Franciscana,* t. IX.

ARTURUS A MONASTERIO o. f. m. *Martyrologium Franciscanum.* Par. 1653.

BARTHOLI o. f. m. *Tractatus de indulgentia S. Mariae de Portiuncula.* Ed. SABATIER. Paris 1902.

BARTOLOMAEUS PISANUS o. f. m. *De Conformitate vitae B. Francisci ad vitam D. N. Jesu Christi.* Mediolani 1510.

B. BERNARDINUS AQUILANUS o. f. m. *Chronica fratrum minorum observantiae.* Ed. L. LEMMENS o. f. m. Romae 1902.

BERNARDUS DE BESSA o. f. m. *Liber de Laudibus B. Francisci.* In *Analecta Franciscana,* t. III.

Bibliotheca Hagiographica Latina antiquae et mediae aetatis. Ed. Socii Bollandiani. Bruss. 1898-1901.

S. BONAVENTURA. *Legendae duae de vita S. Francisci.* Ad Claras Aquas 1898.

BULLARIUM FRANCISCANUM. T. I, II, V. Ediderunt SBARALEA et EUBEL o. min. conv.

CELANO THOMAS DE. *Vita prima S. Francisci.* Ed. SUYSKENS S. I. in *Acta SS.,* oct. II.

» *Vita secunda S. Francisci.* Ed. AMONI. Romae 1880.

» *Tractatus de miraculis.* Ed. VAN ORTROY S. J. in *Analecta Bollandiana,* t. XVIII.

» *Vita S. Clarae.* Ed. H. SEDULIUS o. f. m. in *Historia Seraphica.* Antverpiae 1613.

Chronica XXIV generalium in *Analecta Franciscana,* t. III.

CORAL PETRUS. *Majus Chronicon Lemovicense.* In *Recueil des historiens des Gaules et de la France,* t. XXI.

Dialogus de vitis sanctorum fratrum minorum. Ed. L. LEMMENS o. f. m. Romae 1902.

ECCLESTON THOMAS o. f. m. *De adventu fratrum minorum in Angliam.* In *Analecta Franciscana,* t. I.

GLASSBERGER NIC. o. f. m. *Chronica.* In *Analecta Franciscana,* t. II.

JORDANI A JANO o. f. m. *Chronica.* In *Analecta Franciscana,* t. I.

LEO *socius S. Francisci. Scripta.* Ed. L. LEMMENS o. f. m. in *Documenta Antiqua Franciscana,* t. I. Ad Claras Aquas 1901.

MINORITA ERPHORDIENSIS. *Chronica Minor.* In *Monumenta Germaniae Historica, Scriptores,* t. XXIV.

PAULINUS PUTEOLANUS o. f. m. *Historia Satyrica.* Partes quasdam de S. P. Francisco ed. FALOCI in *Misc. Franciscana,* t. VIII.

» *Provinciale ordinis fratrum minorum.* Ed. CONR. EUBEL o. min. conv. Ad Claras Aquas 1892.

SALIMBENE o. f. m. *Chronicon.* Parmae 1857.

SANUTUS MARTINUS. *Historia Hierosolymitana.* Ed. BONGARS in *Gesta Dei per Francos,* t. II. Hanoviae 1611.

Speculum L = *Speculum perfectionis Redactio* I. Ed. L. LEMMENS o. f. m. in *Documenta Antiqua Franciscana,* t. II.


Speculum Sab. = *Speculum perfectionis.* Ed. P. SABATIER. Paris 1898.


THOMAS TUSCUS o. f. m. *Gesta Imperatorum et Pontificum.* In *Mon. Germ. Hist., Scriptores,* t. XXII.

TRIUM SOCIORUM *Legenda S. Francisci Assis.* Ed. FALOCI. Fulginei 1898.

UBERTINUS CASALENSIS. *Arbor Vitae crucifixae Jesu.* Venetiis 1485.

WADDINGUS LUCAS o. f. m. *Annales minorum* (ed. 2[a]).





Incipit prologus.

Sanctorum splendor et gloria Dei Filius Jesus Christus in ecclesia primitiva tamquam in coelo sublimi se ipsum justitiae solem et Mariam Virginem gloriosam ut lunam plenam et duodecim apostolos quasi stellas duodecim radiosas [a] ad eos, qui in tenebris et in umbra mortis ambulabant, exhibuit et constituit illustrandos. Nunc autem diebus istis novissimis, in quibus fines saeculorum devenerunt, caritate frigescente, quia dies mali erant et sunt et nimis iniquitas abundavit, ipse sol Christus in eodem coelo vitiorum nube operto et obscurato ad ipsum coelum clarius illustrandum signatum solem idest Franciscum Christi signiferum splendere fecit et lunam idest beatam Claram incedentem clare per semitas Jesu Christi clarere voluit; et in eodem coelo idest sancta ecclesia non solum stellas duodecim numeravit, verum etiam multitudinem stellarum, scl. sanctorum

---

a) Is. omittit « radiosas ».

fratrum minorum infrascriptorum, omnibus eis nomina vocans, quae nunc in coelis, ut credimus, sunt conscripta; qui manentes in ordine suo cum luce et lingua conversationis et manifestis miraculis orbem totum clarius illustrassent, nunc autem in perpetuas aeternitates ut perfulgidae stellae fixae manent et stabiles in coelo et cum coelo beatissimae Trinitatis. Sed absit, ut tantam multitudinem fratrum a CXXVIII annis citra in triginta sex provinciis totius ordinis, qui fuerunt et sunt professi regulam et evangelicam vitam et ex hac vita assumpti, et adhuc multa milia degunt in terris, ad tam exiguum numerum redigam, ut istos dumtaxat sanctos et stellas reputem luminosas, qui in hac cedula sunt conscripti. Quia, ut verum fatear, signa facere non est secundum *Gregorium* probatio sanctitatis, sed unumquemque ut se diligere, de Deo autem vera, de proximo autem meliora quam de seipso sentire. Ista ergo sunt sanctorum fratrum minorum signa mirifica, ista miraculorum testimonia veneranda, quae in morum sanctitate et operum perfectione consistunt. Joannes quidem signum fecit nullum, nec tamen erunt Joanne, qui signa faciunt, sanctiores. Ideoque[a] sufficeret cuilibet bono fratri minori ad suae testimonium sanctitatis apostolicae regulae servata professio, nisi aliud interdum exposceret partim tepor, partim devotio populorum.

Vos igitur, fratres carissimi, hanc chartam lecturi nolite in fratribus minoribus solum amare vel quaerere signa, quae possunt boni cum reprobis habere communia, sed caritatis atque pietatis miracula amate, quae tanto sunt securiora, quanto occulta, et de quibus apud Dominum maior sit retributio, quo apud homines minor est gloria.[1]

---

a) Is. « Neque ».

---

[1] Multa ad verbum sunt desumpta ex homilia XXIX S. GREGORII M. in Evangelia (cf. ed. MIGNE, t. II, n. 1571).

IN PROVINCIA BEATI FRANCISCI.

In peculiari Domini civitate *Assisii* seraphicus vir **Franciscus**, gloriosus pater noster, vir mirabilis, stupor, gaudium, judex mentium, currus militiae auriga, novus collega, flos novellus, forma humilium, doctor, stella praevia, dives in patria, pater pauperum, vir simplex, vir rectus, vir humilis, cultor pacis, lumen ardens et lucens, victor, martyr desiderio, decus morum, dux minorum, sidus clarum, collisor hostis callidi, lux patriae, forma minorum, speculum virtutis, via recti, regula morum, coelorum candor, pauperum patriarcha, legatus de Christi latere, princeps inclytus. Hic contra daemones expeditorum militum tres acies ordinavit, scilicet minorum aciem, ordinis sanctae Clarae et continentium. Hic apparente sibi Christo in specie seraph. ab eodem totus in Christi passi effigiem transformatur. Hic in vita et in morte et post mortem diversis miraculis exstitit gloriosus et quotidie in ipsum confidentibus et invocantibus mirabilia operatur. 4 x *

Cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. I, pg. 463-471; t. II, pg. 1317-1351.

Frater **Bernardus Quintaevallis** de *Assisio*, Hic primo se expropriavit in isto sacro ordine. 10 VII

VITA. *Inc.* « Fuit in civitate Assisii vir venerabilis, Bernardus nomine » — *Des.* « in laudes Creatoris. Et sic visio illa disparuit ». *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 35-45.

Associatur S. Franc.: I CEL. 24; II CEL. 1.10, 3.52; S. BONAV. III. 3; BESS. 1; AN. PER. 2 et 3; III *Soc.* 8 et 9; *Actus* 1 et alibi.

Iter versus Hispaniam: I CEL. 30; *Actus* 3.

Iter in Florentiam: AN. PER. 5; III *Soc.* 10.

Iter ad Curiam Romanam: AN. PER. 7; III *Soc.* 12.

Iter in Bononiam: *Actus* 4.

Testis indulgentiae Port.: BARTHOLI 9 (et introd.).

Benedicitur a B. Francisco moriente: *Spec. L.* 17; *Spec. Sab.* 107.

Reprehendit fr. Eliam: *Chron.* XXIV *gen.*, pag. 229.

Habitavit in Conv. Senensi: Salimb. pg. 11.[1]
De ejus virtutibus: *Spec. Sab.* 85; *Actus* 2.
De gratia contemplationis: *Actus* 30.
De morte gratiosa: II Cel. 2.17, *Spec. L.* 17; *Spec. Sab.* 107; *Actus* 5.[2]
Apparet fr. Leoni: *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 53, 73.
De reliquiis ejus: MS. 314 *Bibl. Assis.* fol. 75r.[3]
(*Compilatio apud Pisanum* l. c.).

4 III Frater **Silvester** primus sacerdos, qui intravit istum ordinem. Iste vidit crucem auream ex ore Francisci procedentem et in facie ejus iterum vidit signum *thau* variis ornatum coloribus et distinctum.

De conversione ejus et visione quadam: II Cel. 3.52; S. Bonav. III. 5; An. Per. 2; III *Soc.* 9; *Actus* 1; *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 7.
Accipit revelationem de missione S. Franc.: S. Bonav. XII 2; *Actus* 16.
Fugat daemonia de civitate Aretii: II Cel. 3.51; S. Bonav. VI 9.
Socius S. Franc. in itinere versus Franciam: *Spec. L.* 37.
(*Compilatio apud Pisanum* l. c.).

6 XII Frater **Electus**, qui dixit domino Petro cardinali Albanensi: « Tu hodie morieris », et ita factum est.

Idem *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 252 (addunt « maximarum lacrymarum ») et Pis. l. c., qui dicit: « de quo nihil reperi, nisi quod hic spiritu claruit prophetico ».[4]

15 XI Frater **Leo** confessor sancti Francisci. Iste fuit cum sancto Francisco, quando recepit stigmata in Alverna.

VITA. *Inc.* « Quasi vas auri solidum, omni lapide pretioso decorum » — *Des.* « et fuit Assisii in sancti Francisci basilica traditus sepulturae ». *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 65-74.

Idem mutatis stilo et ordine apud Pisanum, qui inter pauca addidit quaedam fr. Leonis miracula.

Alia, quae antiqui de illo tradiderunt, collegit Sabatier in editionibus *Speculi*, Bartholi ac *Actuum S. Fr.* (vide tab. alphab.).

De scriptis cf. Lemmens, *Documenta Antiqua Franciscana*, p. I, *Scripta fr. Leonis*.

---

[1] « Vidi primum, scilicet fr. Bernardum Quintavalle, cum quo in civitate Senensi una hyeme habitavi. Et fuit intimus meus amicus ».

[2] Anno 1246 vocatur « sanctae memoriae » a sociis in epistola fr. Crescentio transmissa, unde hoc tempore jam mortuus esse apparet.

[3] Cf. Bartholi, pg. CXIX.

[4] Cardinalis *Petrus de Collemedio* repentina morte 1253 decessit (cf. *Anal. Franc.*, t. III, pg. 252, not. 5).

Frater **Gulielmus** de *Anglia,* qui post mortem suam multa miracula fecit, sed ad praeceptum fratris Eliae tunc generalis destitit miracula facere propter reverentiam praesentiae beati Francisci. 7 III

Idem referunt *Chron.* XXIV *gen.* (pg. 217) et PISANUS; PAUL. PUT. illud praeceptum fratri Leoni attribuit. [1]

Locum obtinet fr. Joannis de Capella: PIS. l. c.

Apparet cuidam fratri: BESS. pg. 685 (c. 7); *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 335.

De reliquiis ejus: cf. BARTHOLI pg. CXIX.

De imagine ipsius: cf. M. G. H. Script., t. XXVIII, pg. 121. [2]

Frater **Angelus** de *Reate,* primus miles, qui intravit ordinem istum sanctum. 13 II

Unus de XII primis sociis S. Franc.: *Catalogus* XII *discipulorum.* [3]

Morabatur cum S. Franc. apud card. Leonem: *Spec. Sab.* 67.

Testis indulgentiae Port.: BARTHOLI 9 (introd.).

Cum S. Franc. accessit ad montem Alvernae: *Actus* 9.

Laudatur a S. Franc. ejus curialitas: *Spec. Sab.* 85.

Cantat coram S. Franc. aegrôtante: *Spec. L.* 10; *Spec. Sab.* 123.

Scripsit de vita S. Franc.: *Epistola* III *Soc.*

Gaudet de electione B. Joannis Parm.: ANG. CLAR. [4]

Assistit S. Clarae morienti: CELANO, *Vita S. Clarae* 27.

Apparet fratri Joanni: *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 428.

(*Compilatio apud Pisanum,* l. c.[5])

---

[1] Cf. *Misc. Franc.* t. VIII, pg. 57.

[2] Ubi LIEBERMANN in ed. *Chronicae Maj. Matthaei Paris.* de codice adhibito in nota dicit: « In margine depictus est Minorita, cui inscr. Frater Willelmus, nacione Anglicus, socius sancti Francisci ».

[3] PAUL. PUT. (l. c. pg. 57) distinguit *Angelum Tancredi de Assisio* et *Angelum de Reate:* in *Spec. Sab.* c. 67 legitur *Angelus Tancredi,* apud BARTHOLI l. c. *Angelus de Reate; Chronica* XXIV *gen.* (pg. 4 et 252) et Frib. dicunt: « *Angelus Tancredi de Reate* », quod idem sentiunt: WADD. (ad 1210 n. III), ARTURUS ad 13 febr., SABATIER (*Speculum* pg. 127 n. 1) cum aliis.

[4] *Archiv,* l. c. t. II, pg. 263: « Socii S. Francisci, qui tunc supererant, videlicet fr. Egidius et alter Egidius, Masseus et *Angelus,* Leo et ceteri laetabantur et gaudebant ».

[5] Addit: « Istum credo esse illum fratrem Angelum, de quo habetur in legenda antiqua, qui valde timebat daemones » etc. — Quod non est auctor libri *Actus B. Francisci in valle Reatina,* ex ipso hoc libro apparet; cf. SABATIER, *Speculum* pg. 127 n. 1; ibidem pg. 175 n. 2 videsis de breviario ipsius.

17 XI Frater **Massaeus Marignani** [a] de *Assisio*. Iste ivit simul cum beato Francisco Perusium [b] pro indulgentia Portiunculae a papa Honorio postulanda.

VITA. *Inc.* « Pastor sanctissimus beatus Pater noster Franciscus » — *Des.* « fuit Assisii in sancti Francisci basilica tumulatus ». *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 115-121.

Testis indulgentiae Port.: BARTHOLI 6, 7, 8, 12, 15 (introd.).

Laudatur a S. Franc.: *Spec. Sab.* 85.

Interfuit, quando S. Fr. praedicavit avibus: PAUL. PUT. l. c. pg. 58;[1] *Actus* 16.

Refert de vita S. Francisci: *Epistola* III *Soc.*

Multa alia de ipso: *Actus* (vide tab. alphab.).

De reliquiis ipsius: cf. BARTHOLI pg. CXIX.

(*Compilatio apud Pisanum* l. c.[2])

14 XI Frater **Rufinus Scipii,** consanguineus sanctae Clarae, qui tantae fuit sanctitatis, quod de eo sanctus Franciscus dicebat, quod vivus in carne jam esset canonizatus in coelo.

VITA. *Inc.* « Quasi arcus refulgens inter divinae contemplationis nebulas » — *Des.* « Corpus vero fuit in sancti Francisci basilica Assisii tumulatum ». *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 46-54; idem paucis mutatis et alio ordine *Actus* 31-35; alia forma apud PISANUM l. c.

Sine intermissione orabat: *Spec. Sab.* 85.

Testis indulgentiae Port.: BARTHOLI 8 (introd.).

Tangit vulnus laterale S. Franc.: I CEL. 95 (cf. ECCLESTON, *coll.* 13).

Scribit de S. Francisco: *Epistola* III *Soc.*

6 XII Frater **Guido** de *Senis* laicus, qui fratribus praedixit suam mortem apparente sibi mirabiliter fratre Leone socio beati Francisci post mortem.

Magnae fuit obedientiae: ALVARUS PELAGIUS, *De planctu ecclesiae*, l. II cap. 69.[3]

---

a) Is. « De Marignano ».
b) Is. « fuit Perusii ».

---

[1] L. c. in *Misc. Franc.* pro « et frater Maseus *sequitur* » legendum « et frater Maseus *similiter* ».

[2] Cf. ANG. CLAR. verba citata supra pg. 5 not. 3. — De epistola fr. Massaeo adscripta (« Addio di S. Francesco alla Verna ») cf. inter alios SABATIER, *Speculum* pg. 302 seq., P. SATURNINO DA CAPRESE in *Guida illustrata della Verna* (Prato 1902) pg. 336, *Misc. Franc.* VIII pg. 75 ac alibi et MINOCCHI in *Studi religiosi* t. I pg. 251 seq.

[3] Fol. 186v: « Dicebat quidam sanctus frater minor laicus florentinus *Guido* nomine, quod si angelus de coelo descenderet et praedicaret in platea florentina, quod non peteret licentiam a praelato audiendi eum. Renuebat cum David ps. 76 consolari in anima sua, ut se in vera obedientia abnegaret. Et numquam reperitur,

Frater **Aegidius de Capotiis,** vir magnae sanctitatis. 22 VIII

Testis Indulgentiae Port.: BARTHOLI 14.

In *Portiuncula* frater **Petrus Cathanii;** et quatuor socii B. Francisci, et sex illi fratres, qui viderunt animam B. Francisci in solari specie. 10 III

Iuris peritus et dominus legum: JORD. 11.

Fuerat canonicus S. Rufini: *Acta de miraculis S. Rufini*;[1] *Spec. Sab.* 11.

Associatur S. Franc.: LEO in *legenda B. Aegidii* 1; BESS., pg. 667; AN. PER. 2 et 3; III *Soc.* 8; *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 4 et 75.

Comitatur S. Franc. in Orientem: JORD. 11.

Testis indulgentiae Port.: BARTHOLI 8, 9.

Instituitur vicarius S. Francisci: *Spec. L.* 11; *Spec. Sab.* 39; *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 30.

De suo regimine: II CEL. 3. 13, 3. 35, 3. 88, 3. 115; ALV. PEL. II. 69; *Spec. L.* 32; *Spec. Sab.* 38, 58; *Actus* 62 et alibi.

Moritur 1221: cf. lapidem sepulchri.[2]

Mortuus obedit S. Franc.: PAUL. PUT. l. c. pg. 58; *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 31.

(*Compilatio apud Pisanum* l. c.)

Frater **Jacobus,**[a] qui vidit evolare animam beati Francisci ad coelos sicut stellam super nubem candidam.[3] Item fratres illi, qui viderunt et audierunt multas alaudas cantantes et congregatas super tectum in obitu beati Francisci. 7 VI

Frater **Johannes** *simplex,* qui obiit ante beatum Franciscum. Hic volebat omnia facere ad unguem, quae beatus Franciscus faciebat. 2 V

Cf. II CEL. 3. 120; *Spec. L.* 31; *Spec. Sab.* 57.

---

a) Frib. addit « de Massa ».

---

quod in vita sua licentiam aliquam petivisset a praelato pro re aliqua, nisi quod semel petiit se removeri per custodiam de officio portae; quia tempore hiemali prohibitus fuit a guardiano intromittere intra portam loci in vestibulo pauperes, qui exspectantes eleemosynam extra portam frigore cruciabantur; non potuit pati videre tantam crudelitatem » (cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 460).

[1] Cf. *Acta SS.* aug. VI, pg. 819, n. 7 inter miracula S. Rufini sub *Guido* secundo episcopo Assisiensi conscripta.

[2] In lapide, qui habetur in muro exteriore capellae S. Mariae Angelorum legitur: « ✠ ANNO DNI MCCXXI VI ID. MARTII CORPUS FR. P. CATANII QUI HIC REQUIESCIT MIGRAVIT AD DOMINUM ANIMAM CUIUS BENEDICAT DOMINUS. AMEN ».

[3] Cf. I CEL. 110 (« Cujus nomen nunc existimo reticendum, dum vivit in carne ») et S. BONAV., leg. maj. XIV. 6; BESS. pg. 668 (c. II) nomen fratris Jacobi indicat.

23 IV * *Perusii* frater **Aegidius** de *Assisio,* quartus socius post beatum Franciscum; vir mirae contemplationis, cui pro gratia dicitur esse concessum a Domino, ut in his, quae ad bonum animae pertinent, efficaciter adjuvet invocatus.

Idem Bess. pg. 667 (c. 1). Cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. I, pg. 16, 17; t. II, pg. 1308.

19 XII * Frater **Conradus** de *Offida,* asportatus a Perusinis de insula Assisii. Hic multa miracula fecit et mortuos suscitavit. Hic post mortem cuidam personae anxie quaerenti, cur non faceret miracula, propter quae orbi toti gloriosior appareret, in visu apparens respondit: « Quia de hoc rogavi Dominum in « morte[a] mea; sed pro his miraculis habeo gratiam, ut qui- « cumque in me habet fidem et devotionem in vita sua, ego in « die festi mei post transitum suum ab hac vita traho eum « de purgatorio. »

VITA. *Inc.* « Claruit temporibus illis ferventissimus zelator » — *Des.* « et eos cito ad vitam aeternam perducam ». *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 422-430; cf. *Actus* 50, 53; epitome vitae apud Pis. l. c.

Plura a sociis S. Francisci audivit: Ubertin. pg. 216v, 222v; *Spec. Sab.* 71; *Actus* 65; Bartholi 15; *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 48 ac alibi.

Amicus B. Petri de Monticulo: *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 410.

« Ad puram regulae observantiam aspirat »: Ang. Clar.[1]

Verba B. Conradi: *Opusc. de Critique hist.*, t. I, pg. 370; *Misc. Franc.*, t. VII, pg. 132.

Epistola B. Conradi: Wadd., ad an. 1306, n. v.

Ipsi scripsit epistolam fr. Petrus Joannes Olivi 1295[2]: cf. *Histor. Jahrbuch,* III pg. 649.

17 IX In loco *Montis Joris* frater **Sensus** laicus, vir altae contemplationis et raptus.

Verba ipsius: *Cod. Vat.* 4354 fol. 141r - 143r, *Cod.* 196 *Berol.* fol. 61r - 66r, *Cod. Canon. Miscell.* 525 *Bibl. Oxon.* fol. 167r - 168r ac alibi. Ultimum capitulum etiam habetur apud Pis. l. c. (cf. *Speculum Vitae S. Fr.* fol. 106r, 121r - 122r).

---

a) Is. « Vita. »

---

[1] *Archiv* l. c. II pg. 308: « Fratre Petro de Morone ad pontificatum assumpto placuit generali ministro et *Corrado de Offida,* Petro de Monticulo, Jacobo Tuderto, Thomae de Trivio, Corrado de Spoleto et reliquis, qui ad puram regulae observantiam aspirabant, quod ad summum pontificem frater Petrus de Macerata et socius ejus accederent »; cf. ibi pg. 311 (« quintae tribulationis pondus sustinuit » fr. Conradus) — 313.

[2] In qua defenditur legitima electio papae Bonifacii VIII; edidit epistolam P. Ignatius Jeiler o. f. m.

In *Tuderto* frater **Gulielmus,** qui suscitavit tres mortuos et curavit dominum Joannem cardinalem nostrum.[1] 3 I

Miraculis claret: MINORITA ERPHORDENSIS ad an. 1266;[2] plura miracula refert PIS. l. c.; cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 251.

Frater **Rogerius,** qui tam evidenti emicuit sanctitate, ut eum dominus papa Gregorius nonus appellaverit vere sanctum, et ejus memoriam apud Tudertum concessit celebrari. 13 III

Idem BESS. (pg. 669) et PIS. l. c. (cf. WADD., ad an. 1236, n. IV).
Ejus caritas laudatur a S. Francisco: *Spec. Sab.* pg. 169.
Miracula 16 refert *Dialogus* pg. 79 81. — Cf. *Acta SS.*, mart. I, pg. 117, 118.

Frater **Petrus** de *Gallicetulo* [Gaglietole], qui fecit multa miracula post mortem suam. 18 VIII

Frater **Jacobus Benedictoli,** vir mirae sanctitatis et totus ardens in amore Dei. 25 XII

Est frater *Jacobus Tudertinus*, de quo plura apud PIS. l. c.
« **Ad puram regulae observantiam aspirat** »: ANG. CLAR. (cf. supra pg. 8 not. 1).
« **Homo perfectus** »: ALV. PEL., l. c. II 73 (f. 196r); cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 160.

Ameliae frater **Simon** de *Torciano* comitatus Ameliae[3] fecit multa miracula in vita et post mortem. 29 VI

In *Sancta Illuminata* [Alviano] frater **Temptalbene,** homo sanctissimus, qui multa miracula fecit; nam tactu suo sanabat[a] infirmos. 9 V

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 91.

Frater **Joannes** de *Arellino,*[b] qui fecit miracula post mortem suam. 2 VII

a) Vat. « duos sanavit ».
b) Is. « Villino »; alibi « Alviano » (cf. *Anal. Franc.* t. III, pg. 251 not. 1).

[1] Joannes de Murro, antea minister gen. ord. min., extitit cardinalis 1302-1313 (cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 251).

[2] M.G.H. Script., t. XXIV pg. 205 (*Continuatio* I. MIN. ERPHORD. ad an. 1266): « Duo de ordine fratrum minorum felici transitu ex hoc saeculo migrantes, videlicet fr. *Petrus*, minister fratrum minorum provincialis in Calabria, et frater *Wilhelmus*, confessor et presbyter in Tuderto, Domino declarante merita sanctitatis eorum plurimis et stupendis miraculis claruerunt in tantum, ut etiam 4 mortuos suscitarent ».

[3] Cf. *Anal. Franc.*, t. III, pg 253, n. 11.

23 VIII *Interamnae* [Terni] frater **Petrus** de *Podio* [Poggio], ubi fecit multa miracula.

1 XI In *Spoleto* frater **Simon** excellentis sanctitatis.

Est « Simon Tuscus filius comitissae de Colazon ».[1]
Mittitur 1221 in Germaniam: JORD. 19.
Redit 1223 in Italiam: JORD. 31.
Minister Marchiae: PIS. l. c.
Minister Provinciae S. Francisci: SALIMB. pg. 116;[2] PIS. l. c.
Praedicator insignis: PIS. fr. XI p. II.
Miraculis claret: BESS. pg. 669; PIS. l. c.
Miracula ipsius examinanda curavit Innoc. IV 1252: Bullae *Ex parte dilectorum* et *Litteras nostras*[3]. Cf. *Acta SS.,* nov. I., pg. 389, 390.

24 V In *Eugubio* frater **Thomas,** qui plura[a] miracula fecit post mortem.

17 IX In *Civitate Castelli* [Città di Castello] frater **Jacobus** laicus, qui multa miracula fecit post mortem.

5 XI * In *Burgo Sancti Sepulchri* frater **Raynerius** laicus, qui multa miracula fecit post mortem.

Socius fr. Benedicti de Aretio et amicus specialissimus fr. Massaei: BARTHOLI 12, 14.
Testis indulgentiae Port.: BARTHOLI l. c.
Moritur 1304 in festo Omnium Sanctorum: *Lapis sepulchri.*[4]
Miraculis claret: cf. *Processum miraculorum* in *Acta SS.,* nov. I, pg. 391-402.

---

a) Vat. « pulchra ».

---

[1] *Chron.* XXIV *gen.* pg. 160 et 254 erronee eum fratrem *Simonem de Assisio* dicunt; JORD. l. c. n. 31 verbis: frater Simon, « qui nunc dicitur Sanctus in Spoleto » omne dubium removet.

[2] « Frater Symon, qui dictus est de Comitissa, quem Deus miraculis demonstravit illustrem: hunc fecit frater Johannes de Parma ministrum provinciae S. Francisci in valle spoletana. Hic fuit amicus meus et mihi familiaris in conventu Massiliae eo anno, quo Rex Franciae transfretavit in primo passagio, scilicet anno Domini MCCXLVIII »; hinc elucet error *Waddingi* (ad an. 1240 n. VI) et aliorum, qui fr. Simonem 1240 obiisse dixerunt.

[3] Cf. WADD. ad an. 1240 n. VI et SBARALEA, *Bullarium Franciscanum,* t. I pg. 606 et 619. Ibidem pg. 160 instrumentum donationis die 21 apr. 1235 *Tuderti* actum, cui inter testes interfuit frater « *Simon de ordine minorum* »; Sbaralea in nota addit: « Forsan B. Simon de Collazone ».

[4] « Anno Domini 1304, in festo Omnium Sanctorum sanctus Raynerius migravit ad Dominum. Quo anno hoc altare commune Burgi fieri fecit ad honorem Dei et dicti sancti Raynerii » (*Acta SS.,* nov. I, pg. 390).

In *Fulgineo* frater **Hermannus**, qui multis coruscavit mi- 8 II
raculis.

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 84, 85 (Pis. l. c.).

In *Narnia* frater **Matthaeus**, vir sanctus, et miracula 9 I
fecit.

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 86, 87 (Pis. l. c.).

In *Nursia* [Norcia] frater **Antonius**, qui multis coruscavit 10 V
miraculis.

In *Cassia* [Cascia] frater **Pax Reatinus**,[a] qui claruit mi- 7 VI
raculis.

In *Aquasparta*[b] frater **Paulus**, qui fecit multa miracula, 22 X
sicut etiam frater noster est in se ipso expertus, qui nunc moratur Assisii.

In *Spello* frater **Andreas** sacerdos, multorum patrator mi- 3 VI*
raculorum.

VITA. *Inc.* « Summarium ex liberculo fr Thomae..... Anno Domini 1223 Andreas de Hispello. » — *Des.* « Deo et Andreae quamplurimas gratias agentes. Ego Joannes de Targurinis.... ». *Acta SS.*, jun. I, pg. 357 (cf. ib. pg. 356-362); idem pluribus omissis et vitiatis apud Wadd. ad an. 1264 n. II.

In *Bictonio* [Bettona] frater **Joannes de Laudibus**, qui 6 IX
viventis Francisci laterale vulnus stigmatum tangere meruit.

Idem fere Bess. pg. 668 (*Chron.* XXIV *gen.*, pg. 226, Pis. l. c.).
Ejus fortitudinem laudat S. Franciscus: *Spec. Sab.* pg. 169.[1]

Frater **Jordanus** de *Eugubio* laicus, vir sanctissimus et 12 III
perfectus.[c]

---

[a] Vat. « Max »; Is. et Pis. « Theatinus ».
[b] Ita *Chron.* XXIV *gen.*, Is. et Lign.; Pis. et alii codices « Arquata ».
[c] Oxon. addit: « In loco Pistiae frater *Johannes de Valle*, vir magnarum virtutum, qui in vita et in morte miraculis claruit et clarere non cessat ».

---

[1] Cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 225 et Salimbene l. c. pg. 410: « Habuit Helyas in societate sua quemdam *Johannem*, qui dicebatur *de Laudibus*, qui frater laicus erat, durus et acer et tortor et pessimus carnifex; dabat enim fratribus disciplinas sine misericordia ex praecepto Helyae ».

IN PROVINCIA ROMANA.

4 I *Romae* frater **Juniperus**, vir mirae patientiae et despectus.

VITA. *Inc.* « Fuit unus de electissimis beati Francisci primis discipulis » — *Des.* « et de alia ciphum ad bibendum ». *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 54-61 (fere idem *Speculum vitae* fol. 171r - 181r); brevius PIS. l. c.

Ejus patientiam laudat S. Franciscus: *Spec.Sab.* pg. 168; cf. BESS. pg. 668.
Assistit S. Clarae morienti: CEL., *Vita S. Clarae* 27.
« **Egregius Domini joculator** »: CEL. l. c.

2 II Frater **Sabbatinus**, unus de 12 primis sociis beati Francisci.

Cf. AN. PER. 17 et III *Soc.* 35.

29 V Frater ille **Electus**, qui decem annis sepultus fuerat et multis videntibus surrexit et se ipsum reposuit in sepulchro.

1 II * *Ananiae* frater **Andreas**, nepos domini Alexandri papae. Iste renuit cardinalatum; et propter miracula, quae faciebat in vita, dixit papa Bonifacius, quod, si moreretur tempore suo, volebat eum canonizare.

Nonnulla de ipso PIS. l. c. (fr. VIII p. II de Provincia Romana, et in fine partis in catalogo cardinalium).[1]

29 I In civitate *Ortense* frater **Theobaldus** de *Assisio*, qui coram multis flumen Tiberis, quod vix cum navi transiri poterat, ita faciliter transivit, quod vix ad altitudinem pedis dimidii videbatur.

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 117 (cf. PIS. l. c.).

10 II *Piperni* frater **Leonardus**, qui caecum lumini et claudum restituit sanitati.

Idem fusius refert *Dialogus* pg. 90 (cf. PIS. l. c.).

---

[1] In ms. Riccard. Flor. 228 (*liber censuum*, scriptus c. 1265) in ultima pagina manu saec. XIII scriptum legitur: « Accomodavimus fratri Andreae domini papae nepoti librum Bernardi » (cf. FABRE in *Mélanges d'archéologie et d'histoire*, t. VI pg. 150).

In *Urbe veteri* [Orvieto] frater **Ambrosius**, vir sanctus, 10 XI
multis miraculis claruit.

Vitam et miracula ipsius refert *Dialogus* pg. 51 72 (cf. ibidem pg. XVII).

Frater **Moricus**, magister fratris Ambrosii praefati.[1] 20 III

Frater **Severinus** miraculis coruscavit. 24 II

In *Tuscanella* [Toscanella] frater **Gulielmus** de *Cordella;* 28 II
unum caecum et alterum contractum adhuc vivens signo crucis mirabiliter curavit.

Idem aliquanto fusius refert *Dialogus* pg. 98, 99.

In *Proceno* frater **Tobias**, qui habuit spiritum prophetiae. 17 XI

In *Septone* [Cetona] frater **Guido** miraculis coruscavit et 30 I
habuit spiritum prophetiae et a fratribus visus est elevatus altissime super terram.[a]

Viterbii frater **Soldanerius** quasi sol dans nitorem moribus 29 VII
et doctrina illuxit.

Idem Bess. pg. 668.

In *Monte Compatri* frater **Angelus** de *Monte Leone*,[2] pauperrimus et despectus, lector, in cuius morte multitudo fratrum advenit miraculose cum uno fratre solemniter parato, sicut retulit, qui praesentialiter vidit omnia clara luce.

Frater **Raynaldus** de partibus *Reatinis*, vir mirae perfectionis 27 II
et vitae; hic, cum per triennium fuisset in sepulchro integrum corpus suum, aperto sepulchro, ut alter sanctus frater sepeliretur ibidem, surrexit coram fratribus et populo cedens fratri sepeliendo, stans sic per spatium unius *paternoster*, et ipsemet cum eo socialiter requievit. Iste frater Raynaldus, cum esset in agonia mortis, emittebat per faciem pro sudore flores pulcherrimos.

Idem fusius refert *Dialogus* pg. 109 (cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 264 et Pis. l. c.). **Restituit caeco visum:** *Dialogus*, *Chron.* XXIV *gen.*, Pis. l. c.

---

a) Cetona pertinebat ad provinciam Tusciae.

---

[1] Videtur esse alius ac ille socius S. Francisci, de quo S. Bonav. (leg. cap. IV) et alii agunt; sec. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 253 et Frib. fol. 11r ille « fr. Moricus, olim de ordine cruciferorum » requiescit in conventu sacro Assisii.

[2] Arturus (ad 2. dec.) et alii hunc confundunt cum alio, qui fuit assecla fr. Paulutii de Trincis; cf. B. Bernardini Aquilani *Chronic.* pg. 3.

IN PROVINCIA TUSCIAE.

3 XI In *Florentia* frater **Humilis** de *Perusio* multa miracula fecit. In istum ordinem intravit ex Christi admonitione; nam existente eo in magna fama sanctitatis apparuit ei Christus dicens: « Ingredere in ordinem minorum. » Et ille respondit: « Domine, quam vitam debeo ibi tenere? » Et Christus respondit: « Teneas vitam communem, fugias fratres et non judices alios fratres de factis eorum. » [a]

2 I Frater **Accursius** laicus, vir sanctus et infirmarius conventus; multa miracula fecit et inter alia Virgine Maria apparente sibi consolabiliter in capella infirmorum Florentiae ad clamorem et petitionem cujusdam infirmi, quem habebat in cura, dimisit Virginem Mariam colloquentem sibi et ivit ad infirmum; quod gratum habens Virgo iterum consolata est eum.

3 III Fr. **Benedictus** laicus de *Mugello* multa miracula fecit.

31 VIII In *Aretio* frater **Benedictus** socius B. Francisci; hic ductus fuit in vita sua ab angelo ad paradisum deliciarum terrestrem, ubi vidit Henoch et Eliam loquentes secum.

VITA. *Inc.* « Mirabilis semper Deus in sanctis suis ». — *Des.* « In quo mense obdormivit in Domino beatus Benedictus anno 1242 ». *Misc. Franc.*, t. VIII pg. 6-8; excerpta in *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 224.

Socius S. Francisci: THOMAS TUSCUS l. c. pg. 522;[1] BARTHOLI pg. 91 et alii.

---

[a] Oxon. primo loco habet: « *Pisis* frater *Petrus Infans*, avunculus regis Aragoniae, consanguineus regis Franciae et pater reginae Cipri, pluribus annis sancte vivens in ordine post multas divinas in suis orationibus revelationes sancte quievit virtutibus coruscans ».

---

[1] THOMAS TUSCUS l. c. ad annum 1268 (pg. 522): « Quarto vel quinto die antequam fieret bellum, duo fratres pro negotio quodam accesserunt ad Karolum propositoque negotio coram rege per quendam provincialem ordinis nostri fratrem utique notum regi, rex ab eo quaesivit, unde socius esset. At frater ille de se ipso respon-

Minister Marchiae et Romaniae: BARTHOLI l. c. (*Salimb.* l. c. pg. 17: « Minister Graeciae »).

Ad ordinem recipit regem Joannem: SALIMB. l. c.

Testis indulg. Port.: BARTHOLI pg. 27 et 30 (cf. introd.).

Habuit spiritum prophetiae: THOMAS TUSCUS l. c.; PIS. l. c.

Miracula patrat: BESS. apud WADD. ad an. 1211 n. XVI. Cf. *Acta SS.*, aug. VI, pg. 808-811.

In *Massa* frater **Bernardus** multa miracula fecit. 25 X

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 88 (cf. PIS. l. c.).

In *Alverna* frater **Jôannes** de *Firmo*, vir mirae sanctitatis. 9 VIII *

Cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. I pg. 650.

Frater **Gulielmus** laicus de *Radicofano*, super cujus caput visus est ignis magnus, dum staret ad orationem. 4 XII

Frater **Clemens**, vir mirae perfectionis et sanctitatis. 5 VIII

Nonnulla de illo refert *Dialogus* pg. 101 (cf. PIS. l. c.).

In *Monte Alcino* [Montalcino] fr. **Philippus**, laicus, miracula fecit et inter alia inundante pluvia tempore translationis sui corporis nec una gutta aquae sui sancti corporis tetigit portitores. 3 IV

Cf. *Acta SS.*, apr. III, pg. 104-406.

Frater **Rollandinus** de *Florentia*, dum oraret, de corona eidem parata fuit certificatus. 27 X

Idem fusius refert *Dialogus* pg. 111 (cf. PIS. l. c.).

---

dens: « De Aretio, domine, inquit, sum ». Et rex ait ad eum: « Quid est de fratre *Benedicto*, qui beati Francisci socius fuit? » Et frater ait: « Domine, bene est mihique imposuit, ut ex parte sua vos salutarem vobisque dicerem de Deo confidere, quia etsi magnum periculum vobis immineat, Deus tamen et auxilium dabit et praestabit in fine victoriam ». Tunc rex hilaris factus nimis dixit ad fratrem: « Dixit haec? Dixit haec? » Cumque ille sic eum dixisse assereret, rex adjunxit: « Carior mihi est haec fratris Benedicti promissio, quam si milites mihi mille in auxilium advenissent. Scio enim per Bauduinum imperatorem, qui mihi fratrem hunc notum fecit, quod ipse in Romania ipsi imperatori multa praedixit, quae postea sibi in imperio integre evenerunt ».

IN PROVINCIA BONONIAE.

Bononiae frater **Nicolaus,** qui vivens inter alia efferendum a lecto mortuum dicitur suscitasse et novos cuidam, cui eruti fuerant, oculos reddidisse.

Idem Bess. pg. 669 (*Chron.* XXIV *gen.,* pg. 225).
Multa de ipso Salimbene pg. 322-325[1]; cf. Jord. 47, 49.

29 I **Fr. Matthaeus** de *Faventia,* vir magnae abstinentiae, socius olim fratris Michaelis generalis, multa miracula fecit.[a]

25 VIII In *Mutina* frater **Gerardus**[b] sanctus.[c]

Vitam ipsius exhibet Salimbene l. c. pg. 36 38.
Interfuit, quando S. Franciscus praedicavit avibus: Paul. Put. l. c. pg. 58.
Magnus praedicator: Pis. l. c.
Rogat pro recipiendo fr. Salimbene: Salimb. pg. 401.
Intercedit pro fr. Alberto Parmensi, ministro Bononiae: Salimb. pg. 406.
Mittitur a capitulo gen. ad Gregorium IX: Eccleston pg. 242.
Mittitur a B. Joanne Parm. ad morientem fr. Eliam: Salimb. pg. 412.
Apparet fr. Jacobino: Salimb. pg. 35.

---

a) Vat. « Frater Michael generalis multa miracula fecit ».

b) Alii « Geraldus ».

c) Vat. et Frib. omittit; Is. et *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 504 loco *Mutina* habet *Mantua;* Flor. fr. Gerardum inter fratres provinciae Paduanae exhibet. Paul. Put. (cf. Eubel l. c. pg. 56), Pis. l. c. et Oxon. eum inter fratres provinciae Bononiensis jure exhibent, quia Mutina [Modena]
23 VIII illius fuit provinciae. — Oxon. post fr. Matthaeum de Faventia haec habet: « Frater *Guido de Spatis* innumerabilem populum verbo convertit et exemplo ad poenitentiam et miraculorum gloria floruit.
4 XI « *Arimini* frater *Johannes Barunton* et frater *Andreas* adhuc viventes signis cla-
28 VI ruerunt » (cf. Pis. l. c.).

---

[1] « Accedamus jam nunc ad fratrem *Nicolaum de Montefeltro,* et de eo breviter aliquid dicamus. Hic multis annis fuit minister in Hungaria, et postea in Sclavonia sive Dalmatia similiter fuit minister; qui etiam multis annis, idest usque ad diem mortis suae, subditus habitavit in conventu Bononiae. Hic fuit humilis super omnes homines, quos unquam vidi in mundo... Hic quando pulsabatur campanella refectorii ad comedendum, primus erat qui veniebat ad ponendum aquam in lavatorium manuum fratrum. Cum autem veniebant fratres forenses, primus erat qui ibat ad lavandum eis pedes... Hic honorifice sepultus est in ecclesia fratrum minorum de Bononia » etc. — Deest apud Arturum.

IN PROVINCIA PADUANA.

Paduae gloriosus Christi confessor **Antonius,** egregius praedicator, in vita et post mortem miraculis coruscavit. 13 VI

Cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. I p. 95-97; t. II pg. 1316; add.: *Dialogus*, pg. 1-26; *leg. anonyma saec.* XIII; *inc.* « Antonius in civitate Ulixbona natus » — *des.* « plures convertit ad Christum ». [1]

Frater **Lucas,** socius beati Antonii.[a] 17 II

Cf. SBARALEA, *Supplementum ad Scriptores ord. min.* pg. 492.

Frater **Fidentius** vir sanctus. 31 I

In *Conegliano* frater **Marcus** laicus, sanctus homo. 2 V

In *Mantua* frater **Benevenutus** laicus, sanctitate praeclarus.[b] 30 VII

In *Utino* [Udine] frater **Odoricus,** qui inter infideles vivens multa miracula fecit et modo post mortem miraculis coruscat. 3 II

Cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. II pg. 911-913.

---

a) Oxon. erronee dicit: « Frater Lucas *de Bitonto* provinciae Apuliae ejusdem gloriosi sancti socius »; de fr. Luca Bituntino cf. SALIMB. pg. 45 et 64 ac SBARALEA l. c. pg. 489.

b) Sequitur in Oxon.: « *Clugyae* frater *Carissimus*, qui longo tempore post mortem translatus integer inventus est. 11 XII

« *Venetiis* frater *Gentilis* praedixit ultra mare domino Marco Chornerio, quod foret dux Venetorum, sicut fuit; unde et post ipsius beati mortem idem dominus dux annuatim die suo... in domo fratrum minorum praedicabat hanc prophetiam » (cf. PIS. l. c.). 5 IX

---

[1] Cf. LEMMENS, *Zur Biographie des hl. Antonius von Padua*, in *Römische Quartalschrift*, 1902, pg. 408-414.

IN PROVINCIA MARCHIAE.

20 III * In *Camerino* frater **Joannes** de *Parma*, magister in theologia, olim generalis minister, vir mirae sanctitatis, qui multis jam miraculis claruit.

Plura de ipso referunt SALIMBENE (passim in sua *Chronica* et in libro *de Praelato*), UBERT. (*Arbor Vitae crucifixae Jesu*, Prol. f. 1r et l. V c. 3), ANG. CLAR. (cf. Archiv, t. II pg. 262-287), *Chron.* XXIV *gen.* (pg. 270 sqq.), PIS. l. c.; cf. *Actus* 76.

14 III * *Siroli* [Sirolo] frater **Petrus** de *Monticulo.* [a]

« **Ad puram regulae observantiam aspirat** »: ANG. CLAR. (cf. supra pg. 8 not. 1).

Apparet ipsi S. Michael Archangelus: *Actus* pg. 161; *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 410.

Apparet ipsi B. M. V. cum S. Joanne Ev. et S. Francisco: *Actus* 74; *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 411.

In aere levatur: *Actus* pg. 161.

Testis visionis B. Conradi de Offida: *Actus* pg. 162; *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 422. (*Compilatio apud Pisanum.* l. c.).

19 IV * In *Esculo* [Ascoli] frater **Conradus** vir sanctus.

Vitam ipsius ex processu beatificationis desumptam videsis apud WADD. ad 1289 n. XXVII-XXXI (ed. 2.); cf. *Acta SS.*, apr. II, pg. 741, 742.

14 V * In *Fabriano* frater **Franciscus** miraculis coruscavit.

Cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. I pg. 471.

6 XII *Auximi* [Osimo] frater **Franciscus Catalanus**, zelator paupertatis altissimae, sanctus homo.

15 V * In *Recanato* frater **Benevenutus** sanctissimus homo.

Angelus locum ejus gerit: PIS., fr. XI p. II Provincia Marchiae, Locus de Rachaneto (idem *Speculum vitae* fol. 187r); cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 189.

---

a) In Vat. sequitur: « Frater Matthaeus de Faventia vir magnae abstinentiae » (cf. supra de provincia Bononiae).

Apud *Sanctum Marinum* [San Marino] frater **Dominicus**, per quem post mortem Dominus mirabilia operatus est. 27 I

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 87, 88.

Frater **Petrus** de *Monte Ulmi* post mortem multos a multis infirmitatibus liberavit. 23 II

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 88, 89.

Frater **Gratianus** sacerdos de *Romagnola*,[a] multis miraculis in vita claruit et post mortem. 1 XII

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 73-75.

Frater **Martinus** in provincia Marchiae in vita et post mortem miraculis claruit evidenter.[b] 15 III

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 86, 87.

Frater **Paulus** de *Marchia* multa miracula fecit et multos a diversis aegritudinibus curavit.[c] 31 III

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 82, 83.

---

a) Oxon. addit « ipsius minister ». Fortasse est ille, de quo agit *legenda S. Antonii Pat.:* « Ductus est a fratre *Gratiano* in provinciam Romandiolae, ubi ipse erat minister » (cf. Lemmens, *Zur Biographie des hl. Antonius*, l. c. pg. 410).

b) In codd. sequitur: « Frater *Adam Rufus* vexatos a daemonibus et alios a multis infirmitatibus liberavit ». Sec. *Dialogum* (pg. 96-98), Paul. Put. (l. c. pg. 54), Pis. (l. c. De provincia Apuliae) aliosque fr. Adam Rufus jacet *Baruli* in *Apulia*, quare eum ibi inseremus; *Chron.* XXIV *gen.* nominat pg. 409 quemdam fr. Adam, qui claruit in conventu Firmano.

c) Frib. loco primo pariter nominat fr. Joannem de Parma; deinde dicit: « Syroli fr. *Petrus de Monticulo* magnus amicus fratris Conradi de Offida, qui semel beatam Virginem ferentem filium in brachiis videre meruit, quae filium suum tradidit dicto fratri Conrado, ut probaret, quam consolationem habuit Symeon, qui ipsum in ulnas suas accepit, prout idem fr. Conradus orabat (cf. Pis. l. c.).

« Frater *Benteceogla de Sancto Severino*, qui, dum oraret in silva, fuit visus per magnum spatium elevatus a terra (cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 409; Pis. l. c. Locus S. Severini, et fr. XI p. II *Provincia Marchiae* passim; *Actus* pg. 161). 6 IV *

« Frater *Paulus de Marcia* (!), qui multos obsessos a daemonibus liberavit.

« Frater *Pegrinus* (!) *de Fallarone*, quem beatus Franciscus ad ordinem recepit (*Actus* c. 36, Pis. l. c.). 27 III *

« Frater *Richerius de Marcia* (!), de quo dixit beatus Franciscus, quod inter omnes fratres ipsum plus diligebat » (I Cel. 49, 50; cf. *Liber de intentione S. Francisci* n. 1 et 4; *Spec. Sab.* c. 2 et 16; *Actus* c. 36 et 37; Pis. l. c.). 26 III *

Is. in fine addit: « Frater *Amatus de Ancona* sacerdos post mortem suam, antequam sepeliretur, unum virum de Ancona accedentem ad ejus corpus cum manu contracta integre curavit coram multis fratribus et saecularibus. Item illuminavit unum puerum de eadem civitate a nativitate caecum. Item unum alium caecum de Romandiola illuminavit coram fratribus et saecularibus. Item unum alium caecum de Perusio nomine Lellum. Item quam plures liberavit a daemonio vexatos. Item resuscitavit unum puerum de Ancona, qui jacuerat mortuus per tres horas. Item a ruptura quam plures liberavit. Item quemdam alium de Mediolano omnibus membris destitutum plene suis meritis restituit sanitati. Et multa alia miracula Deus per ipsius merita fecit et facit continue » (cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 410). 8 II

IN PROVINCIA PENNENSI.

14 III Apud *Adriam* frater **Andreas**, qui de corona vitae, dum adhuc viveret, meruit certificari a Christo.

Idem fusius refert *Dialogus* pg. 102.

8 VIII In *Abrutio* frater **Franciscus**. Iste dicens missam et reperiens araneam in sanguine Christi in calice, nolens sanguine intinctam araneam extra projicere, totum sanguinem cum aranea sumpsit; et post missam frater ipse scalpens et fricans cum digitis semet in crure propriis oculis vidit de loco cruris, ubi scalpebat, vivam exire araneam absque propria laesione.

Cf. PAUL. PUT., l. c. pg. 51 (*Chron.* XXIV *gen.*, pg. 267; PIS. l. c).

12 III *Buclani* [Buchianico] frater **Benedictus** hydropicus. Iste propter unum peccatum invidiae tractus ad judicium cum aliis damnabatur a Christo; sed precibus beatorum Francisci et Antonii liberatus restitutus est ad vitam corporis, et ex tunc relicta physica[a] mutatus in virum alterum habuit scientiam infusam et sanctissimus homo fuit.

Cf. PAUL. PUT., l. c. pg. 50 (*Chron.* XXIV *gen.*, pg. 267; PIS. l. c).

---

a) Flor., Oxon., PAUL. PUT. aliique « physica »; *Chron.* XXIV *gen.* (cf. pg. 268 nota 1). PIS. et alii « philosophia ».

IN PROVINCIA TERRAE LABORIS.

In *Neapoli*[a] fr. **Augustinus** de *Assisio*, minister Terrae 4 x
Laboris; iste vidit B. Franciscum euntem in coelum et statim secutus est eum.

Cf. II CEL. 3. 140; S. BONAV., XIV. 6.
« **Vir sanctus et justus** »: S. BONAV. l. c.

IN PROVINCIA SANCTI ANGELI.

In *Corneto* frater **Benevenutus** laicus de *Eugubio* multa 27 VI
miracula fecit et est in illo episcopatu canonizatus.

Vitam et miracula ipsius refert *Dialogus* pg. 26-51 (cf. introd. pg. XVI).

Fogiae [Foggia] frater **Jacobus** de *Assisio* a diversis pe- 19 VI
riculosis infirmitatibus multos miraculose curavit.[b]

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 91, 92; cf. CEL. *Tract. de miraculis*, n. 116 et S. BONAV., *leg. Miracula*, § VII n. 1.

---

a) PAUL. PUT. (l. c. pg. 49, not. 177), *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 226, ac Frib. « In Capua ». Oxon. loco secundo habet: « Ibidem etiam in sancta Clara frater *Philippus Provincialis*, qui 18 V
post mortem claruit miraculis » (*Chron.* XXIV *gen.*, pg. 566-572).

b) Flor. hunc erronee numerat inter fratres provinciae Terrae Laboris.

IN PROVINCIA SICILIAE.

8 XII In *Calatagirone* frater **Richardus** curavit post mortem suam plures infirmos.

18 XI In *Syracusa* frater **Joannes.** Iste portavit ignitum laterem et ardentissimum in manibus de coquina usque ad infirmariam uni infirmo et multa miracula fecit.

17 IX * *Policii* [Polizzi] frater **Gandolfus,** qui fecit plura miracula.

Cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. I pg. 488.

29 XII In *Panormo* frater **Gerardus** laicus, qui adhuc vivens spiritum prophetiae habet.[a]

VITA. *Inc.* « Clarebat diebus illis apud Panormum » — *Des.* « Quod commiserat, sine palliatione detexit ». *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 489-497; brevius apud Pis. l. c.

8 VIII Frater **Joannes Butta**[b] fecit multa miracula post mortem suam.

21 VIII In *Messana* civitate frater **Simeon Aimonis** fecit plura miracula in vita et post mortem.

26 I Frater **Electus** filius domini Andreae fecit multa miracula post mortem suam; cui Christus apparuit in columbae specie in cella invitans eum, quod iret ad comedendum secum.

---

a) Ita Flor. Vat. « qui adhuc vivens spiritum prophetiae habuit »; Oxon. « qui spiritum prophetiae dicitur habuisse »; Is. « qui adhuc creditur esse vivens et facit multa miracula et habet spiritum prophetiae » (mortuus est 1345).

b) Alii « Buta » vel « Bura » vel « Buca ».

IN PROVINCIA APULIAE.

Oriae frater **Franciscus** de *Duratio;* iste VII annis non comedit panem. 17 V

Andriae frater **Landus** de *Tarento,* minister Apuliae, vir sanctus.[a] 14 VIII

Frater **Gismundus,**[b] vir mirabilis sanctitatis, multa miracula fecit post mortem. 14 XI

Cf. *Dialogus* pg. 105.

Frater **Adam Rufus** vexatos a daemonibus et alios a multis infirmitatibus liberavit. 22 IX

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 96-98 (cf. PIS. l. c.).

IN PROVINCIA SCLAVONIAE.

In *Pola* frater **Otho**[c] caecos et alios infirmos mirabiliter curavit post mortem. 14 XII

Miraculis claret: *Dialogus* pg. 94, 95 (cf. PIS. l. c.).

---

a) Is. pergit: « Beatus frater *Girardus* de provincia Januae multis miraculis coruscavit. 2 II
« Item beatus frater *Laurentius,* cui Crucifixus fuit locutus ». 7 VI

b) Vat. et Is. « Sigismundus ».

c) Oxon. addit « Theotonicus », deinde omnes alia forma exhibet, quos PISANUS fr. VIII p. II De provincia Dalmatiae enumerat.

IN PROVINCIA MEDIOLANENSI.

18 XII In *Mediolano* frater **Leo** archiepiscopus Mediolanensis, vir strenuae sanctitatis.[a]

Cf. Bess. pg. 668.

Magnus praedicator: Salimb. pg. 35, 351.

Minister provincialis Lombardiae: Salimb. pg. 35; cf. Sbaralea, *Bullarium Franciscanum*, t. I p. 139.

Mittitur a capitulo generali ad Gregorium IX: Eccleston pg. 242.

Archiepiscopus Mediolanensis 1241-1263: cf. Sbaralea, l. c. t. I et II passim.

Mittitur ad imperatorem pro pace petenda: Thomas Tuscus, l. c. pg. 513.

IN PROVINCIA CALABRIAE.

19 X Frater **Petrus** minister istius provinciae, vir sanctitate praeclarus.[b] [1]

Multas tribulationes patitur a rege Conrado: Thomas Tuscus, l. c. pg. 516.[2]

Miraculis claret: Min. Erph. (supra pg. 9 not. 2); Bess. pg. 669.

---

20 I *a)* Oxon. adjungit: « Frater *Petrus de Archognano* inquisitor ab haereticis interfectus miraculis coruscat (cf. Bullam Innoc. IV *Ad audientiam nostram* de 5 apr. 1254, apud Sbaralea, *Bullarium Franciscanum*, t. I pg. 720, et ibidem pg. 139 not. *d*).

24 II « Frater *Antonius de Rosatis* inter Saracenos martyrizatus translatione ibidem quiescit » (cf. Pis. l. c.); Is. ultimum addidit.

b) Oxon. addit: « Item in ejusdem provinciae ministerio tempore generalis Elyae passus

13 X est frater *Daniel* pro fide in *Cepta* civitate Saracenorum » (cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. I pg. 316).

---

[1] De legenda ipsius cf. Wadd., ad an. 1264 n. X et Sbaralea, *Supplementum* pg. 56.

[2] Thomas Tuscus agens de « Corrado rege Jerusalem, filio Frederici » (pg. 516) dicit: « Cumque nobiles quidam viri sibi accusati fuissent, quod antequam venisset conjurationem fecissent, ut regnum restitueretur ecclesiae, cujus erat, et conspirationis hujusmodi frater Petrus minister Calabriae conscius diceretur et apud se litteras papales habere, praedictum fratrem fecit ad se venire, mandans ut litteras illas prodat,

IN PROVINCIA TERRAE SANCTAE.

Frater **Jacobus** custos martyr, frater **Jeremias** socius ejus et martyr. Et alii septem fratres nostri martyres cum eis propter religionem fidei decollati sunt jubente Melcasa Soldano Aegypti. 25 VI

Eorum martyrium referunt inter alios MIN. ERPH. et MARINUS SANUTUS.[1]

ut sic tormenta parata diffugiat. Ad quem frater constanter respondit, se non habere has litteras, quas petebat, sed a papa confessus est se litteras habuisse et quod dominus papa mandaverat se fecisse, nec esse se hominem, quem deceat alios accusare, maxime dum quaeruntur ad mortem, et se paratum esse simpliciter prius mori, quam sacerdotalis fractor esse sigilli. At regulus impius, dum debuit fratris admirari et venerari constantiam, exardescens in iram eum tortoribus tradi jussit ac in praesentia sua igni supponi ferramenta mandavit et excandentia per tybias dicti fratris a genibus usque ad pedes pluries trahi fecit. Sed et aliis multis modis tormenta illi fecit inferri, sed frustra, quia aliud quam *Deo gratias* et *Dominus vobis indulgeat* ab ejus ore non potuit extorqueri, cum tamen ex tortoribus aliqui illius fuissent conspirationis auctores et conscii, si tamen conspiratio dici possit, ubi suo obediunt majori. Tormentis ergo tam asperis probata fidelitate et patientia dicti fratris, crudelitas tyranni retunditur et ad fratres frater redire permittitur. Hic ita frater sibi humilitate vilescens et caritate ad proximos vera fervens in oratione devotus Deo, sed compassione inclinans se proximo, verbo modestus, gestu compositus, corde benignus, facie verecundus, gratus utique Deo et placidus proximo vere erat, antequam eum fornax haec tribulationum invaderet et velut aurum optimum comprobaret. Sed et postquam per mortem Deo animam reddidit, multis miraculis coruscavit ».

[1] MIN. ERPHORD. ad an. 1266 pg. 205 dicit: Soldanus Babyloniae « cepit quoque et perfodiens expugnavit castrum munitissimum Templariorum, quod dicitur Saphet, in quo fratres cruciferos et alios christianos inventos duris vinculis constrinxit ad duo milia et plures. Hos omnes Soldanus singillatim examinari jussit promissionem faciens publicam de vita eis danda, quicumque ex eis Christum Jesum et fidem Christi negaret et Machometum secundum ritum Sarracenorum coleret. In illa tam periculosa ac valida tentatione fidelium duo fratres minores, videlicet frater *Jacobus* custos fratrum et ejus socius frater *Jeremias,* sincerissimi servi Dei, zelo fidei accensi constantissime per medium captivorum discurrentes, singulariter universos et universaliter singulos in fide katholica confortabant, ex quibus 8 timore mortis impulsi fidem negantes publice apostataverunt, ceteri omnes in confessione nominis Dei perseverantes pariter decollati sunt, soldano jubente. Ultimo post omnes ipsi duo minores fratres jam nominati capitalem sententiam subeuntes gloriosum martyrium compleverunt ».

MAR. SAN. ad 1266 pg. 222 refert: « Obtento castro post solis occasum misit

3 XII Frater **Conradus** de *Allis* decollatus est a Saracenis, de quo dicitur, quod duo luminaria super corpus, quod projectum fuit in mare, stabant per triduum in procellis. Item duo alii fratres nostri, unus antiquus et alter juvenis, decoriati sunt in capitibus a Saracenis.[a]

Cf. de ipso Min. Erph. *Continuationem* l.[1]

---

a) Oxon. addit: « Tempore quo rex Petrus Cipri cepit Alexandriam generalante fratre Marco, 16 fratres minores, qui tunc erant in terra sancta, pro fide carcerati in Damasco per Saracenos annis v diversis tormentis afflicti martyrii morte coruscarunt (Pis. l. c.).

« Item Nicosiae frater *Henricus* quondam rex Cipri et Armeniae; et in eadem provincia frater *Joannes* quondam rex Armeniae martyr » (*Chron.* xxiv *gen.*, pg. 462).

Admiratum suadens ut Saracenorum legem suscipiant; alioquin gladio cuncti perirent. At universi duorum fratrum minorum, qui aderant, monitis tota nocte confortati martyrium potius elegerunt, quam Christi negare fidem, fluebatque sanguis per montis declivum quasi aquae rivulus, fuerunt autem ultra DC. Post hoc vero fratrem *Jacobum de Podio* et fratrem *Jeremiam*, quia ceteros in fide firmaverant, et priorem Templariorum excoriari fecerunt, deinde fustigari, postremo ad locum ceterorum deducti capite caesi sunt. Fecit autem Soldanus locum materia circumdari, quia noctibus super corpora splendebat lux etiam cernentibus Saracenis ». Cf. Paul. Put., l. c. pg. 77, not. 324.

Petrus Corال (*Recueil* xxi pg. 774, ad an. 1266) addit: « Dicebatur etiam, quod caput unius fratris minoris abscissum consummavit antiphonam beatae Virginis, quam cantabant, scilicet *Salve Regina* ».

[1] Min. Erph. pg. 207 refert: « Anno Domini 1269 in provincia Syriae septem fratres minores a Sarracenis, videlicet a Soldano Babyloniae et satellitibus ejus, pro fide katholica occisi sunt. Qui postquam martyrium compleverunt, unus ex eis nomine *Cunradus de Hallis* sacerdos decollatus in mare a perfidis est projectus, et ecce duo luminaria, omnibus videntibus tam christianis quam Sarracenis, stabant in fluctibus maris super eum, videlicet unum luminare super caput ejus et aliud luminare super corpus ejus quasi per triduum ascendentibus quoque procellis maris in altum, luminaria non videbantur, sed recedentibus procellis, iterum ab omnibus in littore existentibus videbantur. Quo miraculo territi Sarraceni omnes fugierunt ab illo loco dicentes: Deus christianorum pugnat pro ipsis christianis ». Cf. Paul. Put., l. c. not. 324.

IN PROVINCIA BURGUNDIAE.

In *Lugduno* praeclarissimus frater **Bonaventura** de *Bal-* 14 VIII *
neoregio provinciae Romanae, qui cum juvenis intrasset ordinem, tanta bonae indolis honestate pollebat, ut magnus ille magister frater Alexander diceret aliquando de ipso, quod in eo videbatur Adam non peccasse. Hic in septimo anno post ingressum ordinis legit sententias Parisius et in decimo recepit cathedram magistralem. In tertio decimo ad regimen totius ordinis est assumptus; decem et octo annis ordinem rexit. Hic in primo capitulo, quod tenuit Narbonae, constitutionibus ordinis formam dedit et ordinem. Hic postmodum vitam majorem et minorem beati Francisci conscripsit, quas modo tenet communiter totus ordo. Hic videns se indignum communione corporis Christi per multos dies abstinuit a celebratione missae, sed ejus humilitatem Deus aspiciens consolatus est eum mirabiliter; nam audiente ipso missam devote una de particulis hostiae consecratae et jam divisae intravit in os Bonaventurae sacerdote nullatenus advertente. Hic in Lugduno tempore concilii generalis ad sanctos patres appositus triumphantes suo ut credimus laetificavit consortio, papa cum cardinalibus super sanctum corpus sacras excubias celebrante.

Antiqua testimonia de ipsius vita collecta videsis in S. BONAV., *Opera omnia* (ad Claras Aquas), t. X.

In *Vienna* frater **Michael**; iste mutavit aquam in vinum 11 III
et multa miracula fecit.

Frater **Drodo**, cui servivit angelus in missa et praeparavit 6 XII
ei omnia necessaria pro missa in ecclesia deserta et derelicta; et alius angelus praeparavit eidem equos ad ambulandum.

Cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 241 (PIS. l. c.).
Minister Burgundiae, « magnus lector in theologia »: SALIMB. pg. 149 et 319.
Socius B. Joannis Parmensis: SALIMB. pg. 319.
Legatus Gregorii X: *Inscriptio mausolei* (cf. ARTUR. pg. 596).[1]

8 IV Frater **Gulielmus** habuit spiritum prophetiae, qui statim dicebat futura.

8 XI *Annoniaci* [Annonay] frater **Gulielmus**, ad cujus preces navis distans, quia longe recesserat, ad portum rediit statim, sicut desideraverat.

11 II *Valenciae* [Valence] frater **Petrus** martyr et frater **Cathelanus** martyr, qui martyrizati sunt ab haereticis propter inquisitionem fidei. Qui etiam post mortem ipsorum eadem hora apparuerunt cuidam sanctimoniali infirmae primo totaliter sanguinolenti transeuntes ante illam, postea totaliter gloriosi praemonentes eamdem, quod in crastinum iret obviam corporibus eorum pro sanitate recuperanda; quod et fecit ipsa, et statim perfectissime sanata est.

Cf. bullam JOANNIS XXII *Vox sanguinis innocentis* de 20 nov. 1321 (EUBEL, *Bullarium* t. V pg. 453, 454) et de 17 nov. 1322 (ib. pg. 485), et *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 480.

8 VIII In conventu *Diensi* [Die] frater **Electus** sanctissimus homo.[a]

[a] Deest in Vat.

[1] Cf. *Anal. Franc.*, t. III pg. 244 nota 6. Fortasse est idem, ac frater *Droco* (Drogo) *Pruvinensis*, de quo cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 374 (not. 1), DENIFLE, *Chartularium Universitatis Parisiensis*, t. I pg. 595, LECOY DE LA MARCHE, *La Chaire Française au Moyen Age*, pg. 501 aliosque.

IN PROVINCIA TURONIAE.

In *Pictavia* [Poitiers] frater **Gualterus,** episcopus Pictaviensis, multa miracula fecit; illuminavit caecos et discooperto suo sepulchro ad praeceptum domini Clementis Papae V [a] extendit brachium et ostendit illud, quod habebat in manu. Iste sanctus habet specialem gratiam curandi homines a quartana. 22 I

Cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 371 (not. 2), pg. 455 et 456; *Acta SS.*, jan. II, pg. 450 et 451.

Frater **Simon** minister Turoniae, ad cujus os visus est Spiritus Sanctus in specie columbae. [b] 6 II

Redonis [Rennes] frater **Radulfus** [c] sacerdos, cui angeli servierunt in missa. 26 I

Cenomanis [Le Mans] frater **Electus**; in extrema unctione, quando sancti nominabantur in litania, iidem sancti apparebant visibiliter eidem fratri, quibus ipse cum risu et laetitia magna reverentiam faciebat, et tamen tribus diebus steterat, quod non fuerat locutus verbum. 22 II

---

a) Oxon: « Clementis IV generalante Bonaventura ».
b) In codd. haec verba diversis modis exhibentur.
c) Alii « Rodulfus » vel « Rudolfus » (cf. *Anal. Franc.*, t. III pg. 455 not. 4).

IN PROVINCIA AQUITANIAE.

29 VII In conventu *Figiaci* [Figeac] frater **Aldemarus**[a] de *Filsinio;* iste suscitavit mortuos, illuminavit caecos et vexatos a daemoniis liberavit, sicut de his testimonium perhibet frater Joannes lector Assisii anno Domini 1335.

VITA. *Inc.* « Claruit etiam tempore istius generalis » — *Des.* « usque in hodiernum diem coruscare non cessat ». *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 464-467.

29 I In *Sancto Africano* [St. Affrique] frater **Gulielmus,** qui multis claruit miraculis.

16 IX In *Auriliaco* [Aurillac] frater **Rigaldus** sanctus homo, qui multa fecit miranda.

7 VI * *Tolosae* [Toulouse] frater **Stephanus;** prius abbas in ordine S. Benedicti, dum esset magnus, voluit esse minor; factus inquisitor contra haereticos corona martyrii signorum gloria meruit sublimari. [b]

Fere idem Bess. pg. 669.

Cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 218 (nota 1), pg. 249 (nota 3); *Acta SS.*, maji VII, pg. 180-183.

---

a) Alii « Aldimarus » vel « Ademarus » (cf. *Anal. Franc.*, t. III pg. 464 not. 1).

b) Oxon. primo loco nominat fr. *Stephanum*. Deinde pergit:

14 II « Item frater *Michael* laicus in vita et in morte miraculis gloriosus. Nam obedientia coquinarius existens inter cetera oratione distractus usque prandium pulmento praetermisso statim ejus hora ipsius meritis miraculose extitit plenarie praeparatum (Vita fr. *Michaelis Magoti* in *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 524-527).

23 VI « In *Mirapisce* [Mirepoix] frater *Guido* de eodem (?) honestus et paupertatis zelator, qui cum esset cujusdam viri nobilissimi primogenitus et haeres, omnibus propter Deum contemptis devotione frater minor factus sancte quievit (cf. Ang. Clar., trib. 6 et 7).

5 V « Item beatus frater *Illuminatus*, unus de XII sociis beati Francisci ab ipso, ut acciperet loca fratribus, per mundum missus, ibidem miraculis quiescit ». Sequuntur fr. *Aldemarus*, *Gu-*
14 III *lielmus* ac *Rigaldus* (uti supra), et loco ultimo legitur: « In *Caturcho* frater *Philippus Longus* unus de XII sociis beati Francisci in multis miraculosus ». Fr. Philippus secundum *Chron.* XXIV *gen.* (pg. 252) et cod. Frib. requiescit in conventu S. Francisci Assisii, secundum Pis. (fr. XI p. II)

IN PROVINCIA FRANCIAE.

Parisius frater **Julianus** theotonicus vir mirae sanctitatis, 9 II
qui fecit historias beatorum Francisci et Antonii, quae cantantur in ecclesia.[a]

Cf. JORD. 53, BESS. pg. 666 aliosque (in *Anal. Boll.*, t. XIX pg. 321 seqq).[1]

Fr. **Venantius** laicus, cum quo multae animae in suo abitu 1 IX
evolaverunt de purgatorio eadem die, sicut in Colonia extitit revelatum.[b]

Idem fusius refert *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 377.

---

in Portiuncula (cf. etiam ARTUR. pg. 125, secundum quem obiit « apud montem Ferrandum in Arvernia »). Frater Illuminatus vero non est ille fr. Illuminatus de Theate, qui fuit episcopus Assisinas 1273-1282 et Assisii mortuus est (cf. SALIMBENE, l. c. pg. 12), sed ille fr. Illuminatus, qui cum S. Francisco ivit in Orientem (cf. S. BONAV., IX. 8); SABATIER (*Speculum*, pg. 306 nota 3) unum solum admittit Illuminatum.

Frib. primo loco nominat fr. *Stephanum*; deinde: « Fr. *Michael* laicus jejuniis, vigiliis et flagellis affligens corpus suum assiduis orationibus vacans in vita et in morte multis miraculis coruscavit »; sequitur fr. « *Ademarus* » et ultimo loco: « In Mirapice fr. *Damianus*, qui fuit unus de primis fratribus, qui de Italia ad istam provinciam venerunt, et fuit paupertatis et humilitatis magnus zelator ».

a) Frib. addit: « et fuit corrector mensae Parisius multis annis » (*Chron.* XXIV *gen.*, pg. 381); Mon. addit: « qui cum in aspera hieme incaustum suum signaret signo sanctae crucis, numquam congelatum fuit. Hic quandoque per VIII dies non bibit ».

b) Oxon. pergit: « Item frater *Johannes Gualensis* magister in theologia, qui inter alia 14 I
fecit summam pro omni statu multa scribens in theologia ex hoc vocatus arbor vitae. Hic, cum infirmatus sine loquela stetisset per diem, ultimo loquens, gaudens et laetus dixit: Judicium meum factum est, quia ad patriam pergo, et statim expiravit » (Cf. PAUL PUT. l. c. pg. 13 et SBARALEA, *Supplementum* pg. 427-431).

« Item frater *Alexander de Alles*, qui sic subtiliter in theologia locutus est et abunde 20 X
magister in eadem Parisius, quod fons vitae vocatus [et] ab Alexandro IV speciali bulla in toto opere suo super sententias in ecclesia approbatus est. Minorum ordinem ingressus aggravatus perseveravit orans [et] vidit Christum ut puerum magnam crucem ligneam bajulantem, a quo, cum vellet ipsum juvare, audivit: Vade, vade, quia lanceam, quam super te habes, aggravaris portare; et statim disparens confirmatus in ordine hoc devote referens sancte finivit » (cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 219).

Frib. addit: « Item in eadem provincia fuit frater *Pacificus*, qui vidit beatum Franciscum 10 VII
duobus transversis ensibus quasi transfixum, qui fuit socius beati Francisci et primus minister Franciae missus per beatum Franciscum » (cf. II CEL. 3.27, 3. 49, 3. 76; S. BONAV., IV. 9, XIII. 10; THOMAS TUSCUS, l. c. pg. 492 aliosque).

---

[1] Cf. FELDER o. Cap., *Die liturgischen Reimofficien auf die hl. Franciscus und Antonius* (Freiburg 1901).

IN PROVINCIA PROVINCIAE.

19 VIII * *Marsiliae* illustrissimus ac sanctissimus **Ludovicus** episcopus Tolosanus, qui plures mortuos suscitavit.

Cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. II pg. 750, 751.

6 I *Narbonae* frater **Electus** laicus, qui una die curavit septem [a] fratres a diversis languoribus.

2 IV *Arelate* frater **Monaldus,** qui vidit beatum Franciscum in aera infra praedicationem B. Antonii praedicantis de titulo crucis.

Cf. I CEL. 48; S. BONAV., IV. 10, XIII. 10; BESS. pg. 678.

7 IX Frater **Bertrandus Bollega,** vir magnae sanctitatis et perfectionis. [b]

15 IX Frater **Rogerius Provincialis,** homo sanctissimus, totus ignitus in amore divino. [c]

Cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. II pg. 1057, 1058.

---

a) Vat. « quinque »; Mon.: « Item frater ille infirmarius domus Narbonensis, qui VII fratres a diversis aegritudinibus sanavit cum cibis diversis uno eodemque die, quos conditos ex oleo, quod accepit ad altare Dei Genitricis in eadem ecclesia, ipsis in simplicitate sua portavit comedendos; nam alius quartanas, alius tertianas, alius febres acutas habuit. Ipsa quippe die in lectione mensae audierat: qui infirmus est, olus manducet; ipse vero laicus intellexit oleum ».

b) *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 406 addit: « In Montepessulano ».

21 II *c)* Frib. secundo loco dicit: « Fr. *Hugo de Dingna*, vir perfectissimus et clarus miraculis et spiritu prophetiae » (SALIMB., in *Chronica* passim).

IN PROVINCIA UNGARIAE.

In *Villafranca* frater **Joannes**, minister Ungariae, qui multis miraculis coruscat; inter alia post mortem suam corpus suum debebat transferri de uno loco per aquam profundam cum navi ad alium locum, et translatum est per seipsum sine adjutorio navigii ad locum debitum. 14 II

Cf. PAUL. PUT., l. c. pg. 34 (et *Speculum vitae,* f. 204r).

In *Strigonio* frater **Gallus**,[a] lector devotissimus, qui tantae exstitit virtutis et devotionis, quod pulvis terrae suae sepulturae sanat infirmos, dum accipitur modicum quid de illa terra. 28 X

In *Caravilla* frater **Joannes** custos et sanctus homo.[b] 14 XI

Frater **Henricus** theotonicus, per quem Dominus multa miracula fecit.[c] 17 XI

---

a) Frib. « Gregorius »; — omittit duos ultimos.

b) Cf. *Anal. Franc.*, t. III pg. 530 not. 2: « Timemus, ne error irrepserit et auctor volens scribere Francavilla scripserit Caravilla, cum locus vel conventus Caravillensis non inveniatur, et Joannes custos idem cum Joanne ministro sit ».

c) Mon. addit: « Item in civitate, quae dicitur *Hermannstorf* in VII castris frater *Henricus* theutonicus, subdiaconus et sacrista ibidem, qui praedixit fratribus mortem suam, antequam aegrotaret. Qui cum quietissime in Domino obdormisset et officium pro eo fieret, in missa in elevatione sacri corporis Domini inter altare et funus puella valde a XIV annis cruribus ac pedibus et brachiis contracta plene sanata et curata est coram populo. Hoc signum coram praedicatoribus et fratribus nostris et clero et plus quam XXX milibus fuit examinatum et vere probatum ».

IN PROVINCIA COLONIAE.

13 IV In *Nussia* [Neuss] frater **Nicolaus**, per quem Dominus multa miracula fecit. [a]

Miraculis claret: MIN. ERPH. l. c. pg. 210;[1] cf. BESS. pg. 669 (PIS. l. c.).

8 IX Frater **Electus**, per cujus merita Dominus convertit unam publicam meretricem; qui frater erat tantae virtutis, quod tactu manuum suarum sanabat infirmos.

1 VII In *Brabantia* frater **Petrus**, qui celebrans missam comedit corpus Domini in specie pueri parvuli, sicut vidit et prodidit quidam puer vix sciens loqui.

Apud ECCLESTON (pg. 251) hoc idem narrat de se ipso fr. *Petrus de Theukesbury*, qui primum fuit minister Alemanniae et deinde Angliae.

5 VII In *Monasterio* [Münster] frater **Henricus** de *Africa*.

20 II Frater **Joannes** de *Peyrna*. [b]

15 XI In *Turgone* frater **Hasso**. [2]

16 II In *Kilone* [Kiel] frater **Adolfus**, quondam comes Holsatiae,

---

a) Is. addit «in vita et post mortem».
b) Diversis modis in codd. scribitur, cf. *Anal. Franc.*, t. III pg. 241 not. 2. Oxon. falso: «Beatus frater *Johannes de Penna*, quem miraculose Deus misit ad ordinem et sibi oranti apparuit parcens peccatis, atque spiritu prophetiae claruit praedicens novitio ejus tentationem egressus ordinis, cujus gratia confirmatus est in eodem, ut habetur parte praecedenti cap. 81°» (*Actus* 69).

---

[1] Ad 1272 dicit *Continuatio* I: « In Nussia civitate, quae sita est apud Coloniam metropolim Theutoniae juxta Rhenum, quidam devotus frater *Nycolaus* de ordine fratrum minorum feliciter migravit ex hoc saeculo, cujus sanctam vitam Pater misericordiarum Deus per magna et multa miracula declaravit; nam febres sedat, caecos illuminat, mortuum unum resuscitat et plura alia signa facit ».

[2] *Provinciale ord. fr. min.* locum illum inter conventus provinciae Coloniae haud habet; *Anal. Franc.*, t. III pg. 241 nota 3 dicunt: « probabiliter est Torgau, urbs Borussiae in provincia Saxoniae ». — Fr. Hasso deest in Vat.

cui ante mortem suam apparuit B. Virgo cum immenso lumine et cum multis sanctis dicens: « Fili, quare invite moreris? quid trepidas? securus morere, quia filius meus bene te remunerabit ».[1]

Cf. MOOYER, *Zur Chronologie der Geschichte Adolfs IV, Grafen von Holstein und Schauenburg*, in *Neues Archiv der Schleswig-Holstein-Lauenb. Gesellschaft*, t. VI (1854) pg. 58 88.

Frater **Electus**, cui Virgo Maria cum beata Agnete et Catharina apparuit in morte.[a] 2 IV

Frater **Electus**, cujus animam alius frater vidit in palafredo nimio decore fulgentem a duobus angelis in coelum deduci. 3 XI

Andernaco [Andernach] frater **Hogerus** Saxo.[b] 8 XI

IN PROVINCIA ALAMANNIAE SUPERIORIS.

In *Ratispona* frater **Bertoldus**, egregius praedicator, qui etiam in vita sua miracula faciebat. 13 XII

Auctores antiquos, qui de illo egerunt, enumerat RIEDER, *Das Leben Bertholds von Regensburg* (Freiburg 1901).

In *Augusta* frater **David**, socius ejusdem fr. Bertoldi, vir in omni disciplina morum decentissimus. 15 XI

Cf. DAVID AB AUGUSTA, *De exterioris et interioris hominis compositione* libri tres (Ad Claras Aquas 1899), pg. IV seq.

Frater **Tetericus**, minister ejusdem provinciae, vir mirae perfectionis et sanctitatis. 27 IX

Cf. EUBEL, *Geschichte der oberdeutschen Minoritenprovinz* (Würzburg 1886), pg. 158.

---

a) Frib. addit « et ei mortem praedixit ».
b) Is. et Mon. « Andernaco fr. *Theodoricus*; fr. *Oggerius* Saxo » (cf. PIS. l. c., qui falso dicit « in Ardenaco »).

---

[1] Cf. *Anal. Franc.*, t. III pg. 240 not. 4; Kilonia pertinebat ad provinciam Saxoniae.

30 VI In *Spira* frater **Joannes,** qui post mortem ad vitam mortuum suscitavit.

Miraculis claret: Bess. pg. 669. Cf. Pis. l. c.

20 XII Frater **Colinus,** olim minister Argentinae, qui multa miracula jam fecit.

« **Lector Basiliensis et olim custos super Rhenum** »: *Chronica Argent.* pg. 243.[1]

7 VIII In *Huxaria* [2] frater **Udo.** [a)]

---

a) Deest in Vat. — Frib. hoc loco habet: « In *Ratispona* fr. *Bertoldus* egregius praedicator, super cujus caput, dum in Thuringia verbum Dei praedicaret, a fide dignis religiosis utriusque sexus plures coronae fulgidae visae sunt anno Domini MCCLV. Ipse etiam existens in saeculo rector (?) fuit universitatis Parisiensis. Item magnam partem Ungarorum ad fidem convertit, in cujus signum Ungari in magno numero omni anno sepulchrum suum in Ratispona visitant. Item sancta Elizabet filia regis Ungariae, ut idem Bertoldus ordinem fratrum minorum intraret, induxit.

« In *Augusta* fr. *David.* Istius obitus fr. Bertoldo in Ratispona praedicanti revelatus est, dum tamen obiret in Augusta, quae per tres dietas a Ratispona distat. Et tunc ipse fr. Bertoldus eadem hora mortis ejus recommendavit eum populo hunc versum sibi applicando: qui pius, prudens.

« In *Spira* fr. *Joannes,* qui mortuum suscitavit.

« Fr. *Colinus* minister Argentinae, qui multis miraculis claruit ».

Mon. haec dicit: « Item in *Spira* fr. *Johannes de Staintal,* guardianus ibidem (cf. Glassberger pg. 70).

« Item frater *Syfridus* in *Pfortzen* [Pforzheim], frater magnae devotionis.

« Item in *Ratispona* frater *Berchtoldus,* praedicator magnus, super cujus caput in Thuringia a fide dignis religiosis utriusque sexus in cursu sermonis plures coronae fulgidae videbantur. Hic multas gentes Ungarorum convertit ad fidem.

« Item in *Augusta* frater *David,* socius ejus, vir in omni morum disciplina decentissimus. Hora obdormitionis hujus revelata fuit fratri Berchtoldo actu praedicanti, qui recommendans ipsum populo commendavit eum per hunc versum: Qui pius, prudens, humilis, pudicus, sobrius, castus fuit et quietus.

« Item *Thurego* fr. *Otto* confessor sanctae Clarae. Item fratres illi duo, qui in quodam deserto abundanter a Domino sunt refecti; sicut narravit fr. *Richolfus,*[3] minister Alamaniae, in hunc modum: Dictis horis cum esset tempus prandendi, obviam venit illis duobus fratribus Dominus Jesus Christus nec tamen cognitus est ab eis, sed mirantibus de tam decora facie ejus benigne salutans eos interrogavit dicens: Quid intenditis? quid in hac solitudine manducabitis? in quo loco comedetis? jam tempus prandendi est. Et responderunt: Hoc committimus Domino Jesu. Et ait eis: Sollicitudinem vestram semper projicite in me. Et de humero suo dedit eis saccum dicens: Accipite, sedete et manducate. His dictis evanuit ab oculis eorum ».

---

[1] *Chronik der Strassburger Franziskaner-Provinz* (ed. Lemmens in *Römische Quartalschrift,* 1900, pg. 233 seq.); cf. Eubel, *Geschichte* pg. 161.

[2] Huxaria (Höxter) pertinebat ad provinciam Coloniae.

[3] Fortasse est ille minister R., cujus mentio fit in documento dato die 25 maji 1246 (cf. Eubel l. c. pg. 158).

IN PROVINCIA SAXONIAE.

In *Erfordia* frater **Benedictus,** qui fuit[a] pincerna beatae Virginis Mariae. 5 XI

In *Kiris* [Kyritz] frater **Conradus** de *Stegelet,*[b] qui vivens coruscavit miraculis et post mortem. 17 IV

Frater **Electus** guardianus et frater **Electus** procurator in *Lubech* [Lübeck], qui cuidam fratri cum immenso lumine apparuerunt post mortem et tres alios fratres eodem anno et quasi determinato tempore praedixerunt morituros, quod et factum est. 25 II / 2 XII

Idem fuse refert *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 235 et 236, quo loco frater ille vocatur *Joannes*.

In *Maydeburch* [Magdeburg] frater **Symon,** primus lector in Teutonia. 3 XI

« **Fr. Simon Anglicus, Custos Normandiae, vir scholasticus et magnus theologus** »: JORD. 52.

Minister Theutoniae: JORD. 52 54.

« **Primus lector in Magdeburg** »: JORD. 54.

« **Primus minister Saxoniae** »: JORD. 57, 58.

Moritur Magdeburgi: JORD. 57.

Frater **Jacobus,** primus custos Saxoniae. 25 IV

Est fr. Jacobus *de Tarvisio.*

« **Vir gratiosus, mansuetus, modestus et pius, custos Saxoniae secundus** »: JORD. 37.

Custos Alsatiae: JORD. 33.

Moritur Magdeburgi: JORD. 48.

Frater **Lutolfus.**[c] 7 V

Miraculis claret: PIS. l. c.

---

a) Oxon. « Qui pulchro miraculo fuit » etc.

b) Ita Berol. et Lign.; Is. « Stegelez »; alii aliter, cf. *Anal. Franc.*, t. III pg. 237 not. 2; videtur esse Steglitz.

c) Alii « Lucolfus » vel « Landolfus »; cf. *Anal. Franc.*, l. c. not. 3.

7 XI Frater **Jordanus** de *Italia*.

Cf. *Chronica fr. Jordani a Iano.*

2 XI In *Prussia* frater **Conradus** martyr et frater **Woysclaus** martyr, qui fuerunt pro praedicatione fidei martyrizati.

Cf. PAUL. PUT. (l. c. not. 66).

26 V In *Brema* frater **Electus** juvenis, qui morte appropinquante incepit submisse cantare: « Ascendo ad Patrem meum et Patrem vestrum » et secundo altius et tertio perfecta et alta voce ita, quod omnes fratres convenerunt, et sic spiritum Deo reddidit.

6 VII In *Misna* [Meissen] frater **Theodoricus** Saxo.

8 VI In *Maydeburch* frater **Erenfridus**,[a] qui vidit angelum cum thuribulo aureo thurificantem fratres in choro cantantes, cui etiam beata Virgo Maria multas consolationes tam coelestes quam spirituales exhibuit.

27 X In *Vuriburch* (?)[b] frater **Joannes.**

19 II In *Osctz* [Oschatz] frater **Joannes** de *Nuaberch*, (?)[c] quem Dominus in vita et post mortem reddidit miraculis gloriosum.

6 XII In *Maydeburch* frater **Gilbertus.**

20 XII In *Hildishem* [Hildesheim] frater **Conradus**, cognomine pater sancte.

Cf. LEMMENS, *Niedersächsische Franziskanerklöster im Mittelalter* (Hildesheim 1896) pg. 13-16.

21 I In *Mulhusen* [Mühlhausen] frater **Hermannus** de *Gerstangen*.[d]

Virtutes et miracula refert PIS. l. c. (cf. GLASSB. pg. 101).

---

a) Ita Vat., Berol., Oxon., Lign.; Is. « Erithfridus »; PIS. « Erethdus »; PAUL. PUT. (l. c. not. 67) « Eufredus ».

b) Ita Is.; Vat. « Vernburch »; Flor. « Nuriburch »; Berol. « Miriburch »; Lign. « Nurenburgis »; alii aliter (cf. *Anal. Franc.*, l. c. not. 5, ubi dicitur: « est Freiberg »).

c) Ita *Anal. Franc.* l. c. — Deest in Vat.; Berol. « Uuberg »; Is. « Vuaberch »; PAUL. PUT. « Vaberch » etc.

d) Oxon. in fine addit: « Item in eadem provincia beatus frater N., cui Deus revelavit triplicem crucem, scl. afflictionis, qua poenitentia sponte suscipitur, confusionis, qua menti turpia inferuntur patienter et bona auferuntur, et glorificationis, qua in quolibet actu continentiae laetatur et laete sustinetur ».

Mon. haec habet: « Item in Lubegge tres fratres.

« Item in Madeburg f. *Symon de Gaudewig*, primus lector Theutoniae, et fr. *Jacobus*, primus custos Saxoniae et *Lutolfus* et frater *Jordanus* etc.

« Item in Halberstat fr. *Otto* (cf. Pis. l. c.) et fr. *Joannes*, qui revelavit papam electum.

IN PROVINCIA AUSTRIAE.

In *Nova Civitate* [Wiener Neustadt] frater **Cutardus**,[a] vir sanctus et multorum post mortem patrator miraculorum; sed quia non erat sepultus apud fratres nostros, minister praecepit sibi, ut amplius non faceret miracula, qui ad praeceptum ministri de cetero miracula non ostendit. 2 II

IN PROVINCIA BOEMIAE.

In *Princillaria*[b] [Prenzlau] frater **Geverardus**,[c] qui vivens et post mortem miraculis coruscavit. 8 XI

In *Vratislavia* frater **Marquardus**,[1] qui ibidem multis coruscavit miraculis.[d]

« Item in Rostock fr. *Marsilius*.

« Item in Stadio fr. *Heindenricus*.

« Item in Lüneburg fr. *Gilbertus*.

« Item in Hildesheim fr. *Hermannus de Gerstungen*.

« Item in Erfordia fr. *Gotfridus* Westvalus, pluribus annis procurator fratrum;... in senectute bona defunctus et sepultus apparuit cuidam matronae religiosae dixitque ei: Vade ad fratres et nuntia ex parte mea, quod fr. *Wernherus* de Magdeburg sequatur, et jacebit juxta me. Hoc nuntiatum et factum est; nam fr. Wernherus, praedicator et confessor, vir vitae venerabilis, anno Domini MCCLXVI feliciter defunctus est, videlicet anno, quo et ille sepultus est juxta fr. Gotfridum (cf. Glassb. pg. 79).

« Item frater ille, qui moriens videbatur a duobus angelis in equo valde ornato et celeri ad regnum Dei perduci; et interrogati responderunt angeli: Quia semper promptus et paratus fuit obedire, deducimus eum tali modo » (fortasse est idem ac fr. Electus, quem refert *Catalogus* in provincia Coloniae).

a) Ita Berol. et Is.; Vat., Paul. Put. et Lign. « Conradus »; Frib. « Tudarcus »; Oxon. « Cucardus »; cf. *Anal. Franc.*, t. III pg. 243 not. 5.

b) Frib. « Vratislavia ».

c) Berol., Paul. Put., Lign. « Geveardus »; Vat. et Oxon. « Gerardus ».

d) Mon. refert: « Item in provincia Bohemiae civitate Glacz fr. *Petrus* cognomine *Odorencius*, qui fuit socius et interpres fratris Berchtoldi de Ratispona, cum in eadem provincia praedicaret. Hic suscitavit a mortuis puerum adductum ad XII milliaria usque de Polonia ».

---

[1] *Acta SS.*, maji VII, pg. 183 agunt de beato quodam *Marquardo*, qui Monachii requiescit; sec. Artur. pg. 230 est idem ac ille, qui sepultus est Vratislaviae.

IN PROVINCIA HIBERNIAE.

5 IX Frater **Nicolaus** de *Guatfordia* [Waterford]; iste in vita sua praedixit fratribus diem mortis suae.

5 IX Ibidem frater **Joannes** de *Vafordia* [Waterford] de custodia Casiliensi [Cashel] coruscavit miraculis ita, quod ad suum sepulchrum curantur infirmi et ad vitam restituuntur occisi et perfecte sanantur.[1]

IN PROVINCIA HISPANIAE.

16 IX Frater **Benencasa** de *Tuderto,* qui in vita sua mirabilia operatus est.

Cf. *Dialogus* pg. 116.

INTER TARTAROS ET SARACENOS ET ALIOS INFIDELES.

1 VII Frater **Electus** laicus, martyr tempore S. Francisci, qui in morte dicta culpa sua de offensionibus regulae, quam secum semper portabat, mox coronam martyrii suscepit.

Idem fusius neglecto nomine refert II CEL. 3. 135; *Spec. Sab.* 77.

16 IX In *Marocchio* frater **Leo** martyr, frater **Hugo** martyr, frater **Domnus** martyr et alii duo fratres martyres, qui martyrizati sunt propter verbum praedicationis, exemplo quorum

[1] Sec. ARTUR. pg. 433 frater Nicolaus ille est idem ad frater Joannes.

et miraculis inflammatus B. Antonius noster intravit istum sanctissimum ordinem minorum.[a]

Cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 33.

IN TARTARIA.

Frater **Monaldus** martyr, cujus caput portatum fuit in 16 III
Anconam.

Cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. II pg. 874.

Frater **Thomas** de *Tolentino* martyr,[1] frater **Iacobus** 9 IV
martyr, frater **Petrus** de *Senis* martyr, frater **Demetrius** martyr.

Cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. II pg. 1194-1196.

Frater **Stephanus** de *Ungaria* martyr. Hic felix noviter 22 IV
in *Saray* ab infidelibus percussus est cum gladio in ventrem, et statim viscera ejus pendebant extra ventrem, qui ligatus ad equum et fortiter tractus currebat post equum viscera cum manibus sustentando; tandem iterum ictu gladii percussus ad aeternam vitam cum corona martyrii est ingressus.[b]

Cf. *Bibl. Hag. Lat.*, t. II pg. 1145.

a) Frib. « In provincia S. Jacobi. In *Colimbria* fr. *Leo*, fr. *Hugo*, fr. *Dompnus* et alii duo fratres, qui pro fide Christi fuerunt per regem Marochiorum martyrizati, quorum exemplo beatus Antonius ordinem fratrum minorum intravit ». — Errat uterque Catalogus; S. Antonius conversus est occasione martyrii S. Berardi et sociorum, qui anno 1220 occisi sunt.

b) Frib. fol. VIIIv agit de fratribus mortuis « in Vicariis Aquilonari et Orientali »; enumerat fratres *Electum, Monaldum, Thomam* sociosque ac *Stephanum*. Deinde dicit: « Fr. *Johannes Martelli* de provincia Provinciae cum aliis duobus fratribus gladiolis parvis decisi gloriosum martyrium compleverunt ».

[1] Cultum ipsius approbavit Leo XIII, festumque agitur die 6 aprilis.

APPENDIX.

Ex cod. MS. Canon. Misc. 525 Bibl. Oxoniensis.

De beatis fratribus in provincia Romaniae *quiescentibus.*

Capitulum 8.

9 x In *Nigroponte* frater *Petrus,* de quo quidam incantator daemonis dixit, quod dum incantasset eum et venire tardasset, veniens dixit sibi: « Idcirco citius non veni, quia fratrem Petrum ab oratione evellere conabar nec potui ».

15 ix Item ibidem frater *Matthaeus* mirae vitae.

De beatis fratribus in provincia Januae *quiescentibus.*

Capitulum 18.

Quoniam tempore, quo haec charta scribebatur, in dicta provincia nullus frater beatus adhuc quiescebat, ad divinam et ipsius provinciae laudem non minus putatur fratres beatos inde nativos alibi collocatos [nominare], videlicet beatum fratrem *Gerardum* Valenciae ejusdem provinciae quiescentem Panormi, ut patet supra capitulo 6°,[1]
15 iii et beatum fratrem *Antonium* archiepiscopum, Alexandriae Paleae ipsius provinciae, quiescentem Duracii,[2] ut habetur supra capitulo 14°.[3]

De beatis fratribus in provincia Aragoniae *quiescentibus.*

Capitulum 20.

Caesaraugustae frater *Bertrandus,* qui Toleti amphoram fractam integravit et quamdam puellam a gravi infirmitate sanavit. *a)*

---

a) Deest apud Pis. et Artur. Pis. miracula ipsi heic attributa attribuit fr. Antonio de Burgis.

---

[1] Cf. supra pg. 22.

[2] Antonius de Alexandria Lombardiae (vulgo « Alessandria della Paglia ») oriundus fuit archiepiscopus Dyrrhachiensis (Durazzo) 1345-1349 (Eubel, *Hierarchia Catholica medii aevi,* t. i pg. 241).

[3] Ubi idem habetur, quod Pis. refert fr. viii p. ii De provincia Dalmatiae.

Item *Valenciae,* dum esset Saracenorum, generalante fratre Elya duo fratres pro fide martyrio coronati.[1] 3 IX

Barcinone frater *Poncius Charboneli,* theologiae magister, totam sacram scripturam dictis omnium ante ipsum super eam scribentium solemniter postillavit et magister atque confessor fuit sancti fratris Ludovici nostri archiepiscopi Tolosani. 3 XII

Ilerdae [Lerida] frater *Gogianus,* a) super cujus corpus mortuum visa sunt luminaria a coelo descensa. 10 X

Item in eadem provincia beatus frater *Benencasa* Tudertinus inter Tartaros et Saracenos adhuc vivens miraculis coruscavit. b)

De beatis fratribus in provincia CASTELLAE *quiescentibus.*

Capitulum 21.

Sibillae beatus frater *Vitalis* martyr, qui tempore generalatus beati Francisci praefixus praelatus illis V fratribus in Marochio martyrizatis, propter quos sanctus Antonius ordinem ingressus est, infrascriptis in eadem Sibilla, quae tunc erat Saracenorum, infirmatus a dictis fratribus remanens sanitate adepta pro fide ibidem martyrio coruscavit.[2] 3 II

Toleti frater *Hervaeus,* qui super mantellum transivit quemdam fluvium, quemdam puerum vivum a morte suscitavit, et ejus sepulchri terra ad collum ligata liberat a febre tertiana. 13 V

Item frater *Antonius* laicus de Burgis, cui Christus locutus est in oratione. 28 I

De beatis fratribus in provincia SANCTI JACOBI *quiescentibus.*

Capitulum 22.

Ulixbonae frater *Beraldus,* frater *Petrus,* frater *Adjutus,* frater *Accursius* et frater *Otho* martyres in *Marochio* tempore beati Francisci pro fide martyrizati, inde ingentibus miraculis illuc translati ab ipsius provinciae piissimo rege.[3] 16 I

a) Pis. « Segrianus ».
b) Frib. illum in provincia Castellae, Pis. in provincia S. Jacobi reposuit. — Frib. in provincia Aragoniae haec habet: « Fr. *Bernardus,* socius S. Francisci.
« Fr. *Gracia,* socius S. Francisci.
« Fr. *Poncius Carnelli* (?), magister S. Ludovici etc.
« Item illustrissimus dominus fr. *Petrus de Aragonia* infans » etc.: cf. supra pg. 14 not. *a.*

[1] Sunt beati *Joannes* et *Petrus;* cf. *Bibl. Hag. Lat.,* t. I pg. 658.
[2] Ab aliis martyrium illius haud refertur.
[3] Cf. *Bibl. Hag. Lat.,* t. II pg. 175.

De beatis fratribus in provincia ANGLIAE *quiescentibus.*

Capitulum 28.

24 iv In *Cantuaria* frater *Johannes Peccam,* archiepiscopus ejusdem, sacrae theologiae magister, inter multa de sacra scriptura opera... illud sacrum edidit officium sacrae Trinitatis, quo nunc romana utitur ecclesia.[1]

7 v *Oxoniis* frater *Agnellus de Pisis,* praefatae provinciae primus minister, etiam tempore beati Francisci multis claruit mirandis.[2]

Linchonii Robertus, illius episcopus, sacrae theologiae magister, in qua multa edidit praecipue super libros beati Dionysii Areopagitae et fere in omnibus liberalibus. Hic puerulus apud fratres [a] nutritus Oxoniis postea episcopus factus sancte decrepitus moriens omnes suos libros cum baculo senectutis atque suo corde fratribus conventus praedictae Oxoniae dimittens pro studio et fratribus infirmis et antiquis ingentis devotionis causa, tanquam verus frater minor rebus et corde apud eosdem sepultus, corpore jacet in dicto Linchonio ab ipsius ecclesia sanctus reputatus ipsius miraculosa vita.[3]

De beatis fratribus in vicaria SARDINIAE *quiescentibus.*

Capitulum 36.

1 i In hac autem vicaria propter obscuritatem beatorum fratrum quiescentium scribuntur fratres in hoc volumine certae beatitudinis, videlicet beatus frater *Johannes Parens,* primus generalis post beatum Franciscum, qui Soriae regni Castellae existens in capitulo provinciali oratione pluviam populo nimia siccitate periclitato cum suis fratribus impetravit abunde et Romanis praedixit inundationem Tiberis, quae abunde successit.[4]

9 iv Item de hac vicaria nativus fuit beatus frater *Andreas* collocatus *Stagni* vicariae Bosnae, ut ita scribitur loco suo.

---

a) Alia manus falso addidit « minores ».

---

[1] Auctores, qui de eo scripserunt, vide *Anal. Franc.*, t. III pg. 361, not. 5.

[2] Praeter ECCLESTON l. c. cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 24-27 et PIS. l. c.

[3] Est celeberrimus Robertus Grosseteste, episcopus Lincolniensis 1235-1253, de cujus amicitia erga fratres minores referunt ECCLESTON l. c. aliique. — Cap. 30 Oxon. de provincia *Daciae* agit dicens: « Dum praesens opus scriberetur, nullius beati fratris quiescentis in eadem provincia nomen clarebat scriptori »; Mon. habet: « Item in provincia Daciae civitate *Lunensi* [Lund] frater *Lampertus*, qui vivens multa fecit miracula ».

[4] Cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 210-215.

De beatis fratribus in vicaria CORSICAE *quiescentibus.*

Capitulum 37.

In eadem vicaria beatus frater *Sanctinus,* qui magnus doctor legum existens Bononiae magne salariatus scholasticam pompam et mundanum salarium relinquens frater minor factus in praedicta vicaria longo tempore alta paupertate et arcta austeritate et prompta obedientia vivens signis coruscavit.

De beatis fratribus in vicaria TUNISII *quiescentibus.*

Capitulum 38.

Vicaria haec est in *Marochio,* in qua fuit martyrizatus beatus frater *Electus* ge- 1 VII
neralante beato Francisco, qui adeo parvulus ordinem ingressus est, ut jejunia regulae vix ferret, sicut habetur parte v^a^ *Speculi perfectionis* capitulo 2°.[1]

De beatis fratribus in vicaria CHAMBELECH *quiescentibus.*

Capitulum 39.

Generalante autem fratre Alexandro in eadem vicaria passi sunt fratres pro fide
videlicet *Antonius* de *Mediolano, Monaldus* et *Franciscus* de *Marchia Anconitana* in 16 III
Aycenga Tartariae per Saracenos frustratim incisi et mille vulneribus confossi, quorum Antonius videtur translatus Mediolanum.[2]

De beatis fratribus in vicaria ORIENTALI *quiescentibus.*

Capitulum 40.

In *Thana* generalante fratre Michaele passi sunt fratres pro fide, videlicet *Thomas* 9 IV
de Tolentino Marchiae, Jacobus de Padua, Petrus de Senis et *Demetrius de Thefilitio,* quorum primus gladio immerso gutture [occisus], secundus primo cum habitu, secundo sine habitu pinguedine unctus in igne positus, eodem igne divinitus extincto, quia multi ex hoc convertebantur, uno ictu decapitatus, tertius cum eis non existens tunc res in hospitio custodiendo, postea captus, duobus diebus caesus, duobus vero aliis sua chorda in patibulo suspensus per gulam praedicans quinto die decapitatus est, et quartus capite truncatus postea membratim divisus est.[3]

---

[1] Cf. supra pg. 40.

[2] Cf. supra pg. 41. Auctores non conveniunt de tempore martyrii; cf. *Anal. Franc.*, t. III pg. 412, not. 3. — Mon. congruit Oxon. dicens: « Item anno Domini MCCCXIV tempore quadragesimae apud quamdam terram majoris Armeniae, quae *Arsenga* vocatur, tres fratres a Saracenis sunt martyrizati, scl. fr. Antonius de Mediolano, fr. Franciscus de Petriolo de episcopatu Firmano et fr. Monaldus de Ancona » (fr. Alexander de Alexandria extitit generalis 1313-1314).

[3] Idem fere PIS. l. c. — Cf. supra pg. 41.

De beatis fratribus in vicaria AQUILONARI *quiescentibus.*

Capitulum 41.

14 IV Generalante fratre Marco in *Chairo* Babilonis passus est frater *Johannes de Etheo* Castellae provinciae jussu soldani primo pro fide gravissime verberatus, deinde sex clavis duobus in manibus, duobus in brachiis, duobus vero reliquis in pedibus crucifixus. [1]

13 X Item generalante fratre Elya passi sunt in *Cepta* Saracenorum per eos pro fide fratres, videlicet *Daniel,* tunc minister Calabriae, *Samuelus, Angelus, Dompnus, Leo, Nicolaus* et *Ugolinus* flagellis, carceribus et ultimo capitum amputatione. [2]

De beatis fratribus in vicaria LYONIAE *quiescentibus.*

Capitulum 42.

22 IV Generalante autem Gerardo Othonis in *Saray* Tartariae passus est frater *Stephanus* Ungarus fidem praedicans, primo pugnis et baculis caesus, deinde ligatus fortiter et tortus sine potu et cibo per noctem, postea pede et manu dextra suspensus est saxis ligatis ad manum dextram et pedem sinistrum e contra et per medium, ut pondere frangeretur, die naturali; post hoc ambabus manibus suspensus est saxis ad pedes ligatis, postea per gulam suspensus praecepto cadi igne supposito, flagellatus, inde in obscuro carcere positus Deo illuminante visus est a duabus mulieribus inter duas columbas albas flexis genibus orare, sequenti nocte in magna fornace accensa clausus mane illaesus orans et sudans inde extractus in quadam domo reclusus postea decollandus, cujus ostiis fractis a Saracenis impetu irae quidam ipsum securi a collo usque medium scidit, alter vero sic cultello ejus ventrem aperuit, quod intus viscera patuerunt, ceteri vero taliter percussum ad caudam equi ligaverunt per civitatem ducendo, qui divino fultus auxilio sic vulneratus ipsum equum praecedebat viscera manibus tenendo, et tunc ejus auricula abscissa et in igne projecta inde prosiliit illaesa; demum ipse projectus in domo plena lignorum et ignis manibus ligatis permanens, quoties volebat se cruce signare, ejus manus dissolvebantur, et dictum ignem ingressus statim extinxit, quare tunc lapidatus iterum est positus in igne calamorum et adipis equi manibus ligatis sed pro crucis signo solutis de eodem etiam igne illaesus exivit. Ideo lapidibus, securibus, gladiis et aliis offensoriis sic percussus est, quod nulla parte ipsius corporis remanente intacta obdormivit in Domino. [3]

17 I Et ibidem generalante fratre Gonsalvo beatus frater *Johannes,* olim rex Tartarorum, cujus corpus post triginta annos translatum integrum cum habitu est inventum cum suo fratre, ad cujus sepulchrum Saracenus daemoniacus est liberatus. [4]

Item apud *Thieyam* regni Persarum majoris Armeniae, ubi quiescit arca Noe, generalante fratre Petro passus est pro fide frater *Johannes Kador* Armenus praedicans

[1] Cf. PIS. l. c., De provincia Terrae sanctae.
[2] Cf. supra pg. 24, not. *b*.
[3] Cf. supra pg. 41.
[4] Cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 456.

Jesum duas habere naturas, cujus oppositum tenent Armeni, multis ad fidem conversis, sicut et ipse conversus fuerat per fratrem Ludovicum de Soleo Hastensem, factus frater minor ostendens Mahometum falsum anno suae aetatis septuagesimo, ordinis vero decimosexto igne combustus martyrium finivit.

Item frater *Georgius de Antibaro* provinciae Sclavoniae, qui longo tempore in sacro sepulchro pane et aqua... austere vivens, postea inter Tartaros praedicans sancte confessor est effectus *Trabesonte* sepultus. Ubi cum praefatus beatus frater Antonius archiepiscopus Duracii esset quodam die defunctorum volens cum suis sociis illo die ut moris est super quorumdam christianorum sepulchra exequionaliter accedere, deveniens ad ejus sepulchrum dixit sociis verbum Augustini in libro de cura pro mortuis, scilicet: Injuriam facit sancto, qui orat pro eo; hic autem jacet beatus frater Georgius. Cui illi: Nam et ipse mortuus est. Tunc ipse: Facite, ut placet. At ipsi nec *pater noster* nec *kyrie eleyson* nec alicujus alterius orationis recordati, quae pro mortuis solet dici, longo spatio se invicem ut muti prospicientes ad aliorum sepulchra orando transierunt, ut idem beatus frater Antonius existens archiepiscopus multis hoc devote retulit. Ad laudem Dei, Amen.

De beatis fratribus in vicaria BOSNAE *quiescentibus.*

Capitulum 43.

In *Stagno* frater *Andreas Sardiniensis* annis LX in ordine probabiliter vivens etiam 9 IV
miraculis claruit.

Item in eadem vicaria frater *Johannes de Aragonia* zelo fidei ante soldanum Babi- 13 VII
loniae se obtulit ignem intrare, deinde eodem zelo ad Bosnam Manichaeorum transiens patriam coram eorum domino bano vocato Stephano et ejus nobilibus ignem intrare spopondit, in eadem haereticis prodigium et fratribus fundamentum austera vita sanctus confessor est effectus.[1]

Bidinii (Widdin) generalante fratre Marco regnante Basarad passi sunt fratres pro
fide, scilicet *Antonius de Saxonia* custos, *Nicolaus Ungarus, Gregorius de Tragurio* 12 II
provinciae Sclavonicae, *Thomas de Fulgineo* laicus et *Vladislaus Sclavonicus* laicus de *Poscega.*[2]

---

[1] Cf. *Chron.* XXIV *gen.*, pg. 529 et PIS. l. c. fr. XI p. II, Vicaria Bosnae (« In hac vicaria unus frater noster intravit ignem pro fide et illaesus permansit, et hac de causa aliquos convertit infideles »).

[2] PIS. fr. VIII p. II, De vicaria Bosnae alia nomina indicat.

INDEX PERSONARUM[1]

(*Asteriscus rejicit lectorem ad notas.*)

(1) Hoc indice posuimus fratres, quorum virtutes vel miracula celebrantur in catalogo.

IMPRIMATUR:

Fr. ALBERTUS LEPIDI O. P. S. P. A., *Magister.*

IMPRIMATUR:

JOSEPH CEPPETELLI, Patr. Const., *Vicesgerens.*

Ex parte Ordinis nihil obstat, quominus imprimatur.

Romae, ad S. Antonium, die 26 Julii 1903.

Fr. DIONYSIUS SCHULER, Min. Glis.

OPERA

QUAE PROCURARI POSSUNT A COLLEGIO SANCTI ANTONII

(Roma — via Merulana, 124)

Fragmenta Franciscana. Collegit et edidit fr. LEONARDUS LEMMENS, O. F. M.

I. *Dialogus de vitis sanctorum fratrum minorum.* Scriptum circa 1245 nunc primum edidit fr. LEONARDUS LEMMENS. Romae, typis Sallustianis, 1902. Pag. XXIV-124 in-8° L. 3 —

II. *B. Bernardini Aquilani Chronica fratrum minorum observantiae.* Ex Codice autographo primum edidit fr. LEONARDUS LEMMENS. Romae, typis Sallustianis, 1902. Pag. XL-130 in-8°; accedunt duae tabulae phototypicae L. 3 —

III. *Fragmenta Minora. Catalogus S. fratrum minorum.* Quem scriptum circa 1335 edidit notisque illustravit fr. LEONARDUS LEMMENS. Romae, typis Sallustianis, 1903. Pag. XVI-54 in-8° . . . . L. 1,20

Documenta antiqua Franciscana. Edidit fr. LEONARDUS LEMMENS, O. F. M.

I. *Scripta Fratris Leonis, Socii S. P. Francisci.* Ad Claras Aquas, 1901. Pag. 107 in 12°. . . . . L. 1 —

II. *Speculum Perfectionis* (*Redactio* 1). Ad Claras Aquas, 1901. Pag. 107 in-12°. . . . . L 1 —

III. *Extractiones ex legenda antiqua.* Ad Claras Aquas, 1902. Pag. 75 in-12° . . . . L. 0,75




U of Chicago
16544939